



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Caput I. De Sponsalibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

licet fortè re ipsa & coram Deo non foret validus, nisi Ecclesia suppleret, tamen Ecclesia tum supplet, quæ à Deo habet potestatem faciendi valorem tali contractui, quamvis probabiliter putetur etiam esse invalidus, & sic ex dispositione Ecclesiæ fit certò validus.

43. §. 6. Ex dictis sequitur eum, qui cum tali dubio speculativo suscipit Matrimonium ex sententia probabili relicta tutiore, non peccare, nec incurree pœnas per damnationem primæ propositionis intentatæ, quia ob dispensationem Ecclesiæ accedit circumstantia, quæ sententiam illam ex directè probabili facit esse reflexè certam, & practicè tutam. Hæc generaliter dicta suo loco applicabuntur determinatis materiis.

## CAPUT I.

De sponsalibus.

44.

### DUBIUM I.

*Quid sint sponsalia.*

- » **R** Esp. Sunt promissio voluntaria, deliberata & mutua, signo sensibili expressa, futuri Matrimonii, inter personas Jure habiles.
- » Dicitur I. *Promissio*; quia propositum non sufficit, cum non inducat obligationem: Unde qui diceret, *Volo te accipere, habere aut ducere in uxorem*, non contraheret sponsalia, ut *Bon. to. 1. de sponsal. q. 1. p. 1.* docet ex aliis; quia hæc verba non promissionem, sed propositum promissionis tantum significant; nisi tamen ex circumstantiis aliud colligatur.
- » Dicitur II. *Voluntaria & deliberata*, scilicet deli-

deliberatione sufficiente ad peccatum mortale, cum sponsalia sub mortali obligent, *Dian. p. 3. t. 4. R. 273. ex Sane. Pontio, &c. et si Bon. p. 4. n. 4.* plus requirat: Unde regulariter non sunt valida ante septennium completum, ut docet *Kon. d. 21. a. 5. Sanch. l. 1. de Matr. d. 16.* nisi malitia & prudentia suppleat ætatem. *Dia. R. 274. Pontius &c.* ( quod tamen quidam negant sufficere, cum jus determinarit ætatem ) imò nec post septennium, si de usu rationis sufficienti non constet; uti neque, si vi, dolo, errore vel ignorantia circa substantiam, aut notabilem conditionem substantialem fiant, secundum dicta de *Voto & Contractibus.*

Dicitur III. *Mutua*; Unde si Titius promittat nuptias Cajæ, & hæc acceptet sine re promissione, neuter obligatur, quia cum contractus sponsalium fit onerosus & reciprocus, non potest claudicare; involvit enim conditionem, *si tu repromiseris.* Quod si tamen Titii promissio fuisset absoluta ac gratuita, & acceptata à Caja, solus Titius obligaretur, non vi sponsalium, sed simplicis promissionis, Ita *Sanch. l. 3. d. 3. contra Pontium, apud Dian. R. 244.*

Dicitur IV. *Signo expressa*: quia contractus inter homines non fit nisi signo externo: Unde non sufficit ad sponsalia taciturnitas Cajæ, etiam cum consensu interno in promissionem Matrimonii, quod Titius ei promittit. Si tamen pater vel mater pro filio aut filia, aut Curator pro eo, cujus curam habet, præsentem & non contradicentem, ( dummodo metus absit ) contrahat, valida erunt, quia in hoc casu, jus accipit taciturnitatem pro expressione consensûs, *Sanch. l. 1. d. 22. Dian. R. 270.* imò etiam si pro ab-

»fente; saltem si is rescians id expressè vel tacite  
 »tè signo aliquo sufficienti ratificet, *Sanc. Pont.*  
 »*Dia. R. 271.* contra quos *Sotus & Henr.* ne hoc  
 »quidem requirunt, sed tantum ut rescians non  
 »contradicat: Quod *Kon.* admittit, si per ipso  
 »Tutores vel parentes iis proponatur, tum  
 »enim, si taceant, censeri consentire.

» Dicitur V. *Inter habiles*: id est, qui & ætatem  
 »à Jure præscriptam habent, & nullo impedimento  
 »prohibentur. *Unde resolves*:

» I. Quando verba vel signa sunt dubia, in foro  
 »conscientiæ standum est intentione contrahentium,  
 »si de illa constat: in externo autem communi  
 »intelligentiâ & sensu verborum; ita tamen, ut  
 »potius inclinetur in favorem Matrimonii. *v. Dia. R. 205. Bon. ro. 1. de Marr. q. 1. p. 1.*

» II. Verba de præfenti, inter impuberes, apta  
 »ad Matrimonium, (cùm hoc ex Jure positum sit  
 »nullum) habent vim sponsalium. Ratio est  
 »ex interpretativa intentione contrahentium  
 »quia actus, quando non valent eo pacto, quod  
 »sunt, valent meliore modo, quo possunt; sponsalia  
 »autem virtute continentur in Matrimonio. *Lay. l. 3. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 17.*

» III. Ad sponsalia non sufficit, 1. Si dicatur  
 »*Non ducam aliam, quam te*, quia sunt verba  
 »negativa, & potes ducere nullam, *Bon. q. 1. p. 1. n. 13. 2.*  
 »Dicere, *Contraham tecum, si Papa dispenserit*,  
 »*Barbos. & alii 10.* cum *Dia. R. 292.* contra  
 »*Sanc. Kon. & Pon.* ac proinde licitum est utrique  
 »contrahenti, ante & post impetratam à Pontifice  
 »dispensationem, altero invito resiliere: tamen  
 »impensæ magnæ factæ sint causâ dispensationis,  
 »eas tenebitur refundere resiliens. *Subarrhatio annuli & missio munerum* jo  
 »liu

lium; nisi consuetudo patriæ aliud habeat. Ratio, quia potest fieri ex aliis causis: Quod si tamen verba unius præcesserint, tunc immissio annuli & verbum, *Recipio*, operatur Sponsalia, vel etiam Matrimonium, pro ratione promissionis, ut docet *Fill.* quia recipiendo sic annulum, tacite consentit: itemque si habito inter amicos tractatu de Matrimonio, sponsus misit arrhas & munera jocalia, eaque sponsa accepit. *Lay. c. 2. 4.* Sponsalia metu gravi contracta, licet juramento firmata, sunt invalida, quia juramentum metu extortum, non firmat contractum, imò probabiliter nec obligat, adeoque relaxatione non indiget, *Sanch. Barbof. Dia. R. 278. v. supra l. 3. t. 2. c. 2.*

## A D D E N D A.

**Q**uest. 6. Quid circa naturam & modum sponsalium sit præterea notandum. *q. seqq. §. 1.* Non est opus, ut sponsalia fiant ante Matrimonium, quamvis communiter præcedere soleant, *Tann. Gob. tr. 10. n. 8.* Et possunt esse clandestina, uti dicitur *n. 52.* Debent tamen, secundum dicta *l. 3. p. 2. à n. 654.* signo externo manifestari, quia *intentio mente retenta nihil operatur in humanis contractibus*, *L. Non omnis 15. ff. De rebus credit.* Hinc licet *Led. Sot. Arrag. P. ilac. & alii cum Diana. p. 3. t. 5. R. 116.* putent fore valida, si merè internè existèntia per Dei manifestationem rescirentur, tamen meliùs contradicunt *Sanch. Pont. Vasq. Less. Tann. Dicast. Avers. q. 8. f. 3.* quia non adesset modus humanus contrahendi. *Constat etiam absentem desponderi posse, & hoc quotidie fieri, l. 4. ff. De spons. & l. 5. hæc ita si scientibus his, qui absunt, sponsalia*

45.

*salia fiant, aut si postea ratum habuerint. Idem repetitur l. 18. ibid.*

46. §. 2. Ad valorem sponsalium non requiritur voluntas ea adimplendi, dummodo adimplenda voluntas serio se obligandi, uti in simili dictum est de voto l. 3. p. 1. n. 363. tenentque communiter omnes cum *Perez d. 2. l. 7. Aversa, Krimer à n. 87.* Quamvis autem *Vasq. & alii cum Pontio l. 12. c. 2.* putent, volitionem externè proferendi promissionem non esse separabilem à sufficienti volitione interna se obligandi, sicuti volitio externè proferendi detractionem separari non potest à volitione interna detrahendi, tamen oppositum dixi l. 3. p. 2. n. 608. docentque omnes communissimè cum *Aversa & Krimer à n. 91.* posse esse intentionem externè tantum & fictè proferendi verba promissoria, nec ideo constitui sponsalia, quæ requirunt intentionem promittendi, cognoscendo vim promissionis ad obligandum: De detractione non est simile, nam talis externa locutio est ipsamet detractio sive imminutio famæ alienæ, ergo volitio tale quid externè loquendi est intentio detrahendi; è contrà potest quis externè promittere sine animo promittendi sed decipiendi, aut saltem putari se per promissionem suam non obligari, sine hac autem obligatione non stant sponsalia. Reliqua contra hoc soluta sunt l. 3. p. 2. n. 609.

47. §. 3. Ad valorem sponsalium requiri deliberatum consensum, qualis requiritur ad peccandum mortaliter, dixi l. 3. p. 2. à n. 650. & pluribus probat *Krimer à n. 380.* Si quis tamen statim ante copulam promiserit puellæ Matrimonium, communiter præsumi debet habuisse sufficientem libertatem & deliberationem, adeo

que obligatur, quia quamvis amor sit quædam species furoris, uti ait *Plato*, tamen communiter non impedit deliberationem requisitam ad mortale, ergo nec requisitam ad obligationem ex promissione Matrimonii. Excipiunt quidem *Gob. n. 25. Spor. Krim. à n. 119.* si duæ illæ personæ essent tam disparis conditionis, aut promittens hæcenus ita abhorruisset à puella, ut certò nunquam voluisset ei promittere extra furorem libidinis, putant enim tum præsumi posse, quòd non habuerit consensum perfectè deliberatum, sed communiter præsumi debet oppositum, quia quamvis cæcus ille amor multùm traxerit, non ideo sustulit deliberationem ad validè contrahendum requisitam, uti nec sustulerat sufficientem ad mortaliter peccandum. Quòd si in ipsa copula id promiserit, putat *Gob. n. 26.* sæpe fieri posse, ut caruerit deliberatione sufficiente, cùm Medici scribant, quòd copulam actualem comitetur quædam veluti transiens infania, ideòque si homo talis in confessione examinatus constanter dicat se non fuisse sibi satis præsentem, putat *Gob.* quòd Confessarius possit declarare eum in conscientia non obligari ad Matrimonium: hic tamen casus erit rarissimus, quia si adfuerit libertas ad peccandum mortaliter, ergo etiam ad validè promittendum, hinc semper cogi posset in foro externo ducere, quamvis juraret se non satis fuisse sibi præsentem, quia juramentum tale suppletorium in propria causa non admittitur, maximè, quando est in præjudicium tertii, uti hìc, ita cum aliis *Gob. supra n. 28.* Et universim in causis matrimonialibus juramentum suppletorium probationis non admittitur, quamvis in spon-

sali-

salibus facilius admitti posset, *Gob. n. 90.* Ut tamen etiam in sponsalibus admittatur, adesse debet semiplena probatio, quæ habetur vel per unum testem omni exceptione majorem, vel per famam, vel per præsumptionem vehementem, ita cum aliis *Gob. n. 93.*

48. §. 4. Quamdiu promissio non est acceptata ab altera parte, quamvis sit jurata, non obligat, sed potest pro libitu revocari, quia ad contractum onerosum requiritur acceptatio mutua consensûs, secundum dicta l. 3. p. 2. à n. 656. & in omni promissione subauditur conditio, *si velis, si acceptes*; juramentum autem in hoc sequitur naturam promissionis, uti accessorium principale, *Spor. n. 135. Krimer à n. 7.* Quod si Cajus promittat patri, tutori aut curatori Titia, *Sancti l. 1. d. 7.* putat posse ab his acceptari nomine Titia, quia illam repræsentant, & in aliis contractibus possunt pro ea stipulari; è contra *Castrop. d. 1. pu. 3. n. 6.* negat, eò quod acceptatio tanti momenti videatur debere esse actio personalis, cum sit res adhærens semper & onerans ipsam personam. Similiter si promissio absentis facta, intimeretur huic per aliquem non deputatum ad intimandam promissionem, & ita postea acceptetur pro illa absente, non obligat, *Sancti Castrop. Krimer n. 33.* Posset tamen pater acceptare promissionem de ducenda sua filia, in quantum promissio hæc censeretur illi patri utilis, *Krimer n. 32. qui à n. 63.* probat taciturnitatem filia in circumstantiis parentum pro filia præsentem, cui optime volunt, contrahentium esse sufficientem acceptationem promissionis.

49. §. 5. *Vasq. Pontius l. 12. c. 4.* & alii putant tamen non posse obligari ad eòtrahendum cum puella, quæ



quæ vicissim tibi se non obligat, quia hoc ipso, quod acceptet tuam obligationem, quæ est ad mutuandum corpus, necessariò videtur acceptare etiam mutuacionem sui corporis, quod fieri non posse videtur sine reciproca obligatione; sed *Sanch. l. 1. d. 5. Castrop. De Luca, Krimer à nu. 19.* aliique multi cum *Aversa q. 8. f. 1.* contradicunt, licet enim contractus Matrimonii sit mutuus, sic ut impossibile sit te tuum corpus dare Bertæ, nisi hæc vicissim suum det tibi, tamen obligatio contrahendi non necessariò est mutua, nam unus sæpe promittit, & alteri relinquit certum tempus deliberandi, potestque puella acceptare tuam obligationem retinendo libertatem se vicissim obligandi, si sibi placuerit. Ex quo sequitur, non eo ipso puellam Matrimonium repromittere, quod tuam promissionem acceptet, nam non ideo acceptat Matrimonium absolutè futurum, sed sub conditione, *Si sibi placuerit.* An autem ex acceptatione talis promissionis oriatur talis obligatio, ut promittens cogi possit servare promissum, distinguit *Sanch.* dicens oriri, si promiserit non gratuitò; è contrà non oriri, si planè gratuitò promiserit, sed *Pontius & De Luca De Matr. d. 8.* videntur stare pro non obligatione tanta. Quid autem censendum sit in dubio, an promittens voluerit absolutè se obligare, dicetur num. 121. & 132.

§. 6. *A primordio ætatis sponsalia effici possunt, si modò id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores, quàm septem annis. L. 14. ff. De sponsal. Et ita etiam per canones expressè declaratur sufficere septennium, Cap. Litteris. Cap. Accessit. Cap. Ad dissolvendum De despons. impub. & Cap.*

59.

& Cap. un. eod. tit. in 6. Debetque septennium esse completum, *Castrop. d. 1. p. 16. Aversf. sect. 7. Gob. à n. 113. Mastrius n. 68.* partim contra *Anton. Gutt. Dian. Rebell. & alios*, qui dicunt non obstare, si defint pauci dies: partim contra *Sanch. Côn. Pont. Dicast. Spor. Kugler p. 1. n. 79.* & alios, qui dicunt non requiri septennium, si malitia suppleat ætatem, quia quamvis etiam ætas sit præscripta ad valorem Matrimonii, tamen *Cap. De illis 2. De despons. impub. dicitur sufficere, si malitia suppleat ætatem. Item Cap. Juvenis De sponsalibus dicitur*, quamvis ducta esset puella necdum septennis, contractam esse publicam honestatem, quæ non contrahitur ex sponsalibus invalidis. *Sed contra est*, quia Jus apponit in Matrimonio, non autem in sponsalibus talem exceptionem malitiæ suppletis ætatem. In *Cap. autem Juvenis*, dubium erat, an completo septennio renovatus esset consensus, hinc prohibetur ducere consobrinam. Itaque ratio nostra est, quia quamvis finis legis videatur cessare in tali casu particulari, tamen non ideo cessat lex, secundum dicta l. 1. n. 368. imò nec ratio legis cessat, quæ est, quia communiter omnes ante completum septennium sunt immaturi iudicii. Putant quidam *Aversa, Mistr. & alii*, cum hæc materia sit favorabilis, sufficere ultimus dies completi septennii sit inchoatus, cum id etiam observetur aliàs, ubi completus annus requiritur, sed oppositum videtur probabilius, secundum dicenda n. 689. His tamen non obstantibus, si infantes ante septennium habentes plenum usum rationis sibi promittant Matrimonium, probabilius videtur cum *Sanch. Côn. Aversa, Mistr. n. 70. Krimer contra Silv. Bonac.*

& alios, non peccare. Et quamvis hic contractus non valeat in ratione sponsalium, nec inducat publicam honestatem, tamen valere posset in ratione simplicis promissionis, *S. Anton. Silv. Sanch. l. 1. d. 6. n. 27. Avers. Matr. supra.*

§. 7. Qui sunt simul surdi, muti & cæci, sunt incapaces sponsalium, quia non possunt scire naturam & finem contractus, nec modum contrahendi, *Sanch. d. 8. n. 30. Gob. n. 116. Spor. n. 167.* Similiter, qui nunquam possunt valide contrahere Matrimonium, invalidè contrahunt sponsalia, uti dicitur n. 93. quia non datur medium ad finem impossibilem.

§. 8. Ubi *Trid.* decretum, de assistentia Parochi & testium, receptum est, si ineatur Matrimonium inter puberes sine Parocho & testibus, *Navarr. Sanch. d. 20. Gob. n. 78.* aliique plurimi cum *Kugler. p. 2. n. 72.* dicunt talem contractum non valere, nequidem in vim sponsalium, quod *Sanch. d. 21. n. 2. Less. Castrop. d. 1. p. 4. n. 8.* tenent, non tantum quando expressè non excluderunt sponsalia, si Matrimonium non valeret, sed etiam extendunt ad casum, quo contrahentes habuissent expressum animum se obligandi eodem modo, quo possent, tum quia *Trid.* tales contrahentes reddit omnino inhabiles ad contrahendum, tum maximè, quia Ecclesia hunc actum omnino irritat, sponsalia autem debent continere actum externum validum, cum sint contractus inter homines, ergo cum hic actus externus sit omnino nullus, sola intentio interna non potest indicare obligationem ad sponsalia contrahenda requisitam. Oppositum tenent *Covarr. Henriq. Rebell. Laym. Spor. n. 182. Avers. q. 8. l. 3. Krimer à n. 85. & 651.* idque probabiliter, *Tom. VIII.*

faten-

fatente *Lessio*, quia soli Matrimonio officit clandestinitas, non autem sponsalibus, uti cum communi docent *Avers.* l. 6. *Krimer* à n. 123. & *fater* zur *Castrop.* d. 1. p. 2. n. 15. *Spor.* n. 158. *Kugler.* p. 2. n. 64. probatque praxis quotidiana. *Trid.* verò non reddidit clam contrahentes Matrimonium, inhabiles ad sponsalia, sed tantum ad Matrimonium, uti agnoscit *Gallem.* ad *Trid.* sess. 24. de ref. *Matri.* c. 1. n. 13. dicens id sæpe resolutum esse; neque *Trid.* irritat actum clandestinum, quominus sit contractus sponsalium, sed tantum quominus sit contractus Matrimonii, ergo licet actus ille externus sit omnino irritus in ratione Matrimonii, non ideo est irritus in ratione sponsalium. *Conf.* nam si sic de presenti contrahant impuberes, valet in ratione sponsalium, quamvis suspensa maneant, uti habetur *Cap. finali De despons. impub.* & *Cap. un. eod. tit. 6.*, ubi redditur ratio, quia mens contrahentium sensetur esse, ut si actus non valeat quoad omnia, tamen valeat, quantum potest, cum sponsalia includantur in Matrimonio, tanquam imperfectum & inchoatum in perfectiori, ergo idem est in casu, si puberes sic contrahant, quia jus positivum nihil disponit contra hanc obligationem Juri naturali conformem. Putat quidem *Gob.* à n. 11. Episcopum posse pro sua dicecesi irritare sponsalia, quæ posthac clam inirentur, sed hoc incertum est, & saltem non posse inducere impedimenta Matrimonii, dicitur n. 514. Certum autem videtur cum *Gallem.* supra, sic contrahentes non ideo fieri inhabiles ad validè contrahendum de novo coram parochi & testibus

53. §. 9. Si contrahentes sponsalia coram parochi & testibus utantur verbis de presenti, v. dicant

dicant: *accipio te in meam, & ego te in meum*, non ideo erit Matrimonium, quia contrahentes non intendunt nisi sponsalia, cum enim sciant sub peccato gravi prærequiri proclamationes ante Matrimonium, non debent præsumi velle Matrimonium ante illas, *Navarr. Laym. Lohn. Spor.* num. 38.

§. 10. Matrimonium raptoris cum rapta necdum restituta libertati est irritum, secundum dicenda à n. 630. Putantque *Sancti*. & alii etiam sponsalia inter eos esse invalida, quia est eadem ratio de sponsalibus, quæ est de Matrimonio, nempe ut salva sit libertas raptæ, lex autem etiam correctoria & pœnalis extendi debet, ubi est eadem ratio. 2. Quia sponsalia sunt propter Matrimonium, in subordinatis autem, ratio, quæ afficit unum, etiam afficit alterum. Sed melius cōtraducunt *Perez, Wiestner, Krimer* à n. 129. quia cum sponsalia maneat rescindibilia, & fiant de Matrimonio post restitutam libertatem ineundo, non requiritur tanta libertas ad illa, quanta ad Matrimonium, ergo non est eadem ratio de sponsalibus & Matrimonio; & sic patet ad rationes oppositas.

§. 11. Si conjugatus promittat alicui Matrimonium post mortem suæ conjugis ineundum, *Sancti*. l. 7. d. 79. n. 40. dicit peccare mortaliter tam promittentem, quam acceptantem talem promissionem, quia datur ansa captandæ mortis conjugis, *Cap. fin. De eo qui duxit*. Imò promissionem irritam esse tradunt *Abb. Alex. Anchar. Lancelot.* quia similiter non valet promissio vacaturi Beneficii, *Cap. 2. De concess. præb.* quia nempe jus resistit ejusmodi pactis, ne detur ansa captandæ mortis, *L. fin. ff. De pactis.* Eadem

habens *Fill. tr. 10. p. 2. n. 255. & Perez d. 33. sect. 9. n. 9.* Hinc *Avers. q. 8. f. 5. §. Rursus*, dicitur, si conjugatus promittat mulieri eam ducere, si sua uxor moriatur, non videri habere vim sponsalium mortuâ uxore, quamvis infinet posse obligare per modum simplicis promissionis. **Hic** obiter notandum, quod quando aliquid promittitur sub conditione mortis, intelligatur mors naturalis, & non civilis tantum, *L. Qui heredi, §. Moxius, ff. de condit. & demonstr. mors enim civilis est ficta tantum, & non vera mors.*

56. §. 12. Promissio non ducendi uxorem facta homini, non obligat ex iustitia, imò invalida est, si saluti expediat uxorem ducere, sicuti etiam quia jus testandi debet cuique relinqui liberum, invalida est promissio non mutandi testamentum, *Less. in Auct. v. Matrimonium casu 21.* Si autem talis promissio facta sit Deo, poterit habere rationem voti, si sit de meliori bono, uti fuit *Krimer à n. 45.* Quid autem sit dicendum, si dixerit, *non ducam aliam, nisi te*, dicam *n. 127.* ubi addam plura de variis dubiis circa sponsalia.

## DUBIUM II.

57. *Quæ & quanta obligatio Sponsalium.*

Resp. I. Obligant ad ineundum Matrimonium, sub peccato mortali: si tamen terminus non sit præfixus, sufficet, si promittentur impleat, quando à promissario requiretur, vel pro more Regionis. Ratio prioris patet ex natura contractus onerosi, in re gravi. Ratio posterioris est, quia id est commune omnibus Matrimonii, *Sanch. l. 1. d. 28. Kon. d. 22. du. 1. apud Diaz p. 3. rr. 4. R. 245.* Pontius tamen *ibidem* vult obli

obligari statim post contractum. Unde resolver. 20

I. Resiliens cogi potest ad Matrimonium, 20  
etiam à Judice per censuras; quod tamen raro  
expedit, ob periculum infelicis exitus. 20

II. Si Judex secundum allegata & probata  
cogat ad Matrimonium, licet à partere reve-  
ra coactio sit injusta, valet Matrimonium, 20  
*Sanch. & Perez contra Texed. apud Dian. p. 9. t. 20*  
*8. R. 26.* 20

III. Fornicatio sponsæ, est circumstantia in  
confessione exprimenda, quia mutat speciem, 20  
& constituit injustitiam, quæ in sponsa gravis, 20  
ideoque mortalis habetur, ut si quis rem alte-  
ri promissam notabiliter corrumpat: quod ta-  
men sponsus non censetur facere fornicando, 20  
cùm in viro fornicatio non tanti æstimetur, 20  
nisi aliud accedat, *Sanch. l. 1. d. 2. Kon. Fagun. Fill. 20*  
*&c. probabiliter, contra Laym. Azor. &c. v. Lu- 20*  
*go de pœnit. d. 16. n. 176.* 20

IV. Qui simulato animo promisit, per se lo-  
quendo, non obligatur ad nuptias, tametsi  
damnum creatum debeat resarcire. Dixi, *per se,*  
quia si factâ promissione puellam induxit ad  
copulam, tenetur illam ducere, *Bon. q. 1. p. 2. 20*  
Ubi excipit, si puella esset longè inferioris con-  
ditionis, (v. g. quoad nobilitatem vel divitias)  
tunc enim non teneri ducere (v. g. virum no-  
bilem filiam agricolæ) præsertim si illa fuerit  
conscia disparis statûs seu conditionis, eò quòd  
tum decipi potius voluerit, quàm decepta sit; 20  
unde nec teneri eo casu illam dotare: Secus ta-  
men, si ipsa inæqualitatem statûs ignoravit, 20  
aut si ipse non fictè sed ex animo Matrimonium  
promiserit, Ita *Bon. q. 1. p. 3. n. 7. & seq. ex Vasq. 20*  
*Mol. d. 106. Sanch. l. 1. de Matr. d. 20. v. Less. l. 2. c. 10. 20*  
*d. 3.*

»d. 3. *Laym. l. 5. t. 10. p. 1. c. 1. n. 10. & Mart. Perez*  
»d. 2. f. 3.

» V. Sponsalia posteriora contra priorem fidem  
»inita, tamen si jurata sint, aut copula etiam ac-  
»cesserit, sunt invalida, *Sanch. & Villalob.* tamen si  
»contrarium teneant *Kon. & Pont.* cum *Dian. p. 3.*  
»rr. 4. *Ref. 210.* Matrimonium tamen post spon-  
»salia contractum cum altera est validum, licet

»injustum, *Bon. p. 5. & 7. Lay. n. 5.*

» VI. Liberi, qui parentibus insciis contraxe-  
»runt sponsalia, etiam cum iis, qui imparis sunt  
»conditionis, v. g. ignobilis cum nobili, licet  
»peccarint, tamen obligantur; nec à parentibus  
»possunt impediri, quò minus servent fidem  
»datam, *Lay. n. 12. ex S. Thom. &c.* nisi scandalum  
»magnum ex Matrimonio timeretur, *Dian. p. 5.*  
»t. 7. *R. 71. ex Molin. Sanch. &c.*

» VII. Refiliens culpabiliter à sponsalibus per-  
»dit suas arrhas, & tenetur ad alterius partem  
»reddendas, ac ad restitutionem, quanti ejus in-  
»tererat talem contractum impleri.

» Resp. II. Ubi Tridentinum non est re-  
»ceptum, sponsalia pure antiquo transeunt in  
»Matrimonium, per quævis signa externa ma-  
»teriali affectu exhibita, v. g. per copulam. De  
»co, *Ubi Trid. &c.* quia ubi hoc receptum est  
»hæc signa non tenent, si sint clandestina; ideo  
»que graviter in iis peccari potest: *Unde sequitur*  
»*Casus resolvitur:*

» Sponsis non licet tactus impudici, cum  
»proximè disponant ad copulam & pollutio-  
»nem; etsi liceant amplexus & oscula, in si-  
»gnum amoris, *Sanch. l. 9. d. 47. vid. Dian. p. 2. r. 17.*  
»R. 6. & t. 1. *misc. R. 31. & p. 4. rr. 4. R. 131.*

ADDEN



## ADDENDA.

**Q**uest. 7. Quid præterea sit notandum circa obligationem sponsalium & tempus ineundi Matrimonii. *Bl.* §. 1. Si Titius absolute, sed liberaliter promiserit, & Caja acceptarit promissionem, sed non repromiserit, si Titius resiliat, probabile est tantum venialiter peccare, quia secundum dicta l. 3. p. 2. n. 772. probabile est virtutem fidelitatis ac veracitatis, obligare tantum sub veniali, & ita docent etiam *Gob. tr.* 10. num. 121. *Spor. n.* 260. Si tamen voluisset alteri strictum jus facere, & tum resiliaret, probabilius est peccaturum graviter contra iustitiam, secundum dicta ibidem n. 774.

58.

§. 2. Si mutuò promittant, *Vasq. & Pontius l.* 2. c. 12. dicunt, quòd non possint se obligare sub veniali tantum, quamvis vellent, eò quòd contractus sponsalium ex natura sua obliget graviter. *Sanch. l.* 1. d. 9. n. 6. dicit, quòd possint se obligare tantum venialiter, quia tota obligatio pender à sola voluntate contrahentium, uti obligatio voti à vovente, vovens autem potest se leviter tantum obligare ad materiam de se gravem, secundum dicta l. 3. p. 1. n. 429., ergo & sponsi ad sponsalia. Et ideo docet etiam *Sanch. d.* 6. n. 13. sponsalia posse ex sola fidelitate contrahi. *Avers. q.* 8. f. 8. *Tumb. Spor.* probabilius dicunt posse quidem se obligare sub veniali tantum, imò & sub nulla culpa, sed tantum sub pœna amittendi arrham, sed tum non fore propriè dicta sponsalia, quia hæc ex communi sensu Ecclesiæ debent asferre gravem & certam obligationem futuri Matrimonii, alioquin

59.

etiam non inducerent impedimentum publicae honestatis. Semper autem praesumi debent sponsi voluisse se obligare sub mortali, Gratianum. 122.

60. §. 3. Tenendum est cum *S. Thom. Laym. Busem.* supra, quod sponsalia obligent, quamvis iniuriam sint etiam in minorenni aetate, cum imparibus quoad opes; inconsultis & invitis parentibus, uti dicitur n. 100, ideoque validum esse etiam Matrimonium, quod inficiis & invitis parentibus iniuriam, quamvis per hoc peccari possit, ut dicitur à nu. 569. & universim sponsalia posse esse valida, quamvis peccetur illa in eundo, dicitur *Sanch. l. 7. d. 2. nu. 9. Pont. l. 6. c. 7. num. 9.* sicuti votum valet, quamvis fiat contra prohibitionem Superioris.

61. §. 4. Si tempus non sit praefixum pro in eundo Matrimonio, obligant sponsalia, per se loquendo, quamprimum commodè fieri potest, uti colligitur ex *L. In omnibus obligationibus ff. De Reg. Juris, & L. Cum qui ff. De verb. oblig.* qui enim diutius differtur sine causa, eò plus subtrahitur de debito promissionis. Additur tamen *L. Saepè, De spons. saepè justè ac necessarè cause non solum annum vel biennium, sed etiam triennium & quadriennium trahunt sponsalia, velut valetudo sponsaeque, vel maritus parentum.* Et quamvis v. g. sponsa non moneat sponsum sine causa differtentem, si tamen id non faciat ex reverentia, pudore, metu, ne offendat, tenetur ipse sponsus urgere, quia ea dilatio non est voluntaria sponsae. *Sanch. l. 1. d. 28. n. 2. Avers. f. 8.* Quid dicendum sit, si sponderint pro certo die inire Matrimonium, dicitur n. 206.

62. §. 5. Saepè non expedit, ut quis post sponsalia

lia invitus cogatur inire Matrimonium, hinc  
 Luctus III. Papa relatus c. 17. De spons. ait: Re-  
 quisivit à nobis tua fraternitas, quæ censurâ mulier com-  
 pelli debeat, quæ jurisjurandi religione neglectâ nubere  
 remisit, cui se nupturam interposito juramento firmavit,  
 ad quod breviter respondemus, quod cum libera debeant  
 esse Matrimonia, monenda est potius quàm cogenda, cum  
 coactiones difficiles frequenter soleant exitus habere. Pu-  
 tarunt quidem S. Thom. & alii, non posse aliquem  
 per Judicem in foro externo compelli ad spon-  
 salia implenda, quia etiam sic videtur statui  
 Cap. Præterea 1. De spons. è contrâ S. Bonav. S. An-  
 ton. Henriq. Cón. Sanch. l. 1. d. 19. Pontius l. 12. c.  
 6. aliique dicunt Judicem cogere posse, etiam  
 quando non sunt juramento firmata, sic enim  
 habetur Cap. Ex litteris De spons. ut Episcopus  
 recusantem cogat censuris: & ratio est, quia te-  
 netur ex justitia, ergo ad hoc attineri potest per  
 Judicem: sed Avers. Mastr. Krimer n. 177. concii-  
 liant sententias & dicunt, si Judex prævideat  
 jurgia vel alia mala ex Matrimonio, meritò de-  
 bere moderatè procedere, aut tantùm consule-  
 re; si autem non occurrat prudens periculum  
 mali secuturi, meritò cogere etiam per pœnas.

63.

§. 6. Monendi sunt sponsi, ut post sponsalia  
 non diu differant Matrimonium, hæc enim di-  
 latio est occasio plurimarum turpitudinum, Gob.  
 n. 124. Similiter cavendum, ne sponsi tales re-  
 linquantur soli, quid autem illis liceat, dicitur  
 à n. 151.

64.

Q. 8. Quid addendum sit circa illum, qui fictè pro-  
 misit, vel non cogitans de obligatione, R. §. 1. Quam-  
 vis Led. Navarr. Vasq. & alii cum Avers. q. 8. f. 2.  
 dicant eum, qui fictè promisit, teneri ducere,  
 tamen rectè contradicit cum communi Busenb.

C 5

suprà

suprà, pro quo dedi rationem l. 3. p. 2. à n. 60 & solvi, quæ opponuntur. Itaque sufficere compensare damna, si quæ ideo causata sint. Quod si aliter damna compensare non posset, quæ ducendo, rectè docet *Delbene* c. 8. d. 19. f. 7. per accidens teneri ducere.

65. §. 2. Qui fictè promittit ex joco, vel non cogendo, ut pars altera seriò repromittat, seclè alio damno peccat tantùm venialiter peccat mendacii, *Sanch. Perez, Gob. tr. 10. n. 36. Spor. n. 1.*
66. §. 3. Si ille, qui fictè promissit, à Judice interrogetur, an promiserit, negare potest, quæ promissio ficta non est promissio vera & obligatoria, de qua sola interrogat Judex, si autem interrogaretur, quamvis diceret se fictè promississe, posset cogi ad ducendum, quia confitens promissionem probare non posset fictionem, adeòque præsumeretur seriò promississe, & ita sine interno consensu cogeretur ad Matrimonium contra generalè mentem Ecclesiæ volentis Matrimonium esse liberum.
67. §. 4. Qui promissit omnino non cogitans obligationem, adeòque bonâ fide nec volens nec nolens se obligare, si sciebat, quid esset promittere Matrimonium, aut saltem, si volebat promittere juxta morem communem, quo contrahere solent sponsalia, tenetur, quia simpliciter voluit se obligare. Si autem omnino nesciebat de tali obligatione, neque voluit facere, quod alii faciunt, sed merè propositum in mente concepit & manifestavit (quod tamen in praxi vix fiet, neque est præsumendum) tenetur non obligari. Denique si studiosè voluit præscindere, & suspendit voluntatem se obligandi vel non obligandi, processit malâ fide.

tenebatur enim velle se obligare, unde tenetur ad id, ad quod fictè promittens.

Q. 9. Ad quid teneatur, qui factâ spe, vel sub ficta promissione Matrimonii puellam induxit ad copulam. 68.  
De hoc dixi multa l. 3. p. 2. à n. 317. 324. etiam pro casu, quo fuit vel postea supervenit impedimentum. Addidi n. 330. quid faciendum sit, si deflorator neget se habuisse copulam, & puella juret esse habitam. Ad quid autem teneatur deflorator, qui absque promissione Matrimonii per blanditias vel preces obtinuit copulam, dixi ibid. n. 316. & repeto hîc cum *Delbene* c. 8. d. 19. §. 8. contra multos alios, probabiliter ad nihil teneri, quia volenti non fit injuria. Circa eum autem, qui hîc fictè promisit vel decepit, addi debent seqq.

§. 1. Sub mortali tenetur ducere, qui fictè promisit, & sub illa spe virginem defloravit, nec sufficit dotare, tum quia in omnibus contractibus, ubi intervenit, *do ut des*, aut *facio ut facias*, vult justitia, ut cum una pars contractum implevit, impleat & altera, si possit, tum quia esto dotem dando daret æquale pro damno virginittatis aliter in sua specie non reparabilis, at pro injusta deceptione non est satis, nisi dolum auferat, & verum consensum, ad quem ex justitia tenebatur, loco ficti reponat. Nec est verum, quòd justitia plùs non requirat, quàm æquale, quando idem, quod in specie debetur, in specie reddi potest, *S. Ant. Adv. Mol. Less. Cón. Delb. f. 7. Mastr. n. 76. Sanch. l. 1. d. 10.* aliique multi cum *Kugler* p. 2. n. 40. contra aliquos, quos citat, qui cum *Krimer* à n. 107. putant satis esse dotare.

§. 2. Probabilius videtur cum *Palud. Silv. 70. Delb. f. 8.* fictum promissorem teneri ducere puellam,

lam, quam cognovit, quamvis sciverit ea  
 prius ab alio fuisse corruptam, quia hoc  
 obstante liberè contraxit, nec, uti supponitur  
 est disparitas notabilis inter contrahentes, in  
 frau intervenit ex parte foeminae. *Sanch.* tam  
 & alii non improbabiler putant non teneri  
 sed satis esse alio modo injuriam compendari  
 eò quòd ducere, videatur esse longè majus  
 quam copulam habere cum corrupta.

71. §. 3. Quamvis puella sciverit defloratorum  
 esse nobilioris conditionis, non ideo hic  
 est, quamvis fide promiserit, quia saepe fit,  
 aliquis nobilior serio promittat, aut etiam  
 cat viliozem, ergo hæc bonâ fide inducta,  
 idem hic & nunc crederet, non imprudenter  
 credidit, ergo contractus tenet.

72. §. 4. Huc pertinet sequens casus. Cajus  
 ficta promissione Matrimonii impregnavit  
 tam: natâ jam prole, renuit illam ducere,  
 quòd dicat se eam averfari, attamen offerre  
 sustentandam prolem. Berta pergit urgere  
 trimum. *Queritur*, an licitè inducatur  
 ta, ut cum damno prolis non legitimanda  
 quiescat certâ summâ pecuniæ, & an Cajus  
 non acquiescentem ducere renuat possit  
 vi. R. Si ex Matrimonio prudenter timeant  
 graviora mala, v. g. perpetuæ discordiæ, (quod  
 facile præsumi non debent, postea enim  
 affectus, quando se mutuò ligatos ad verum  
 nati experientia docet) ad hæc cavenda per  
 potest illegitimitas prolis, sic enim Judices  
 statuunt non fieri Matrimonia, sed dotem  
 geri, & damna aliter compensari: è contra  
 ejusmodi mala non impendant, non videtur  
 cur non sit obligandus Titius, aut cur Berta

Set inducenda, ut cedat, quia cum Titius per  
fictionem fecerit injuriam ac damnum etiam  
proli, nec possit hæc tollere, nisi fictione sublatâ  
Bertam ducat, videtur ad hoc obligandus, & si  
nolit, non est dispositus ad absolutionem.

Q. 10. Quid dicendum sit de sponsalibus posteriùs ini- 73.  
tis contra fidem priorum. R. S. 1. Quamvis poste-  
riora essent jurata, non i deo prævalerent, uti se-  
cundùm omnes (excepto fortè Innocentio) cer-  
tum esse dicit *Avers.* q. 8. l. 13. S. Quintò, quia  
nempe sunt de re illicita. Vide dicta l. 3. p. 2. n.  
733. & *Krimer* l. 4. à n. 268. Idem est, quamvis  
posteriora essent solenniter coram Parocho &  
testibus inita, priora autem clandestinè, quia  
solennitas nullum addit robur actui de se inva-  
lido, nec clandestinitas obest valori priorum,  
secundùm dicta n. 52. Si tamen sponsus adver-  
tat se ad posteriora compellendum à Judice, eò  
quòd priora probari non possint, licitè contra-  
het cum posteriore, uti docet *Sanch.* contra *Burgh.*  
cent. 1. cas. 57. negatque posse cogi à Judice, sed  
oppositum est verum, quia Judex procedere po-  
test & debet secundùm allegata & probata, un-  
de sponsa prior debet esse contenta saltem  
durante illo Matrimonio, ita etiam *Laym.* &  
*Sporer* n. 210.

S. 2. Si primæ gratuito promiserit, secunda 74.  
autem cum defloratione, aut si secundam, quam-  
vis fuerit vidua, sub spe vel promissione Matri-  
monii induxerit ad copulam, *Mai. Palat. Cón. Re-*  
*bell. Dian. Castrop. Regin. Pontius* dicunt teneri du-  
cere secundam, quia ritulus onerosus videtur  
prævalere gratuito, uti si quis promiserit gra-  
tuito equum uni, & eundem alteri vendat, ac-  
cepto consumptoque pretio, tenetur equum  
huic

huic tradere & non illi; sed probabilius contra  
dicunt *Sor. Navarr. Ledesm. Hurrad. Henyq. Sanch.*  
1. d. 49. *Avers.* §. 6. *Krim.* n. 275. & alii multi  
cum *Kiegler* p. 3. n. 67. quia non ideo tollitur  
prioris, & homines insunt juri suo, non ce  
rando de injuria vel damno, quod fit alteri;  
prima autem sponsalia debebatur jus strictum  
erant enim utrimque onerosa, hinc disparitas  
est in gratuita promissione & venditione equi  
quia promittens gratuito, non obligat se ex  
stitia, vendens obligat se ex justitia, hinc titulus  
justitiae praevalet, prima autem sponsalia ex  
stitia obligant. Si tamen ex violatione priorum  
sponsalium exiguum incommodum fit obve  
nturum priori sponsae, secundae autem grave,  
si magna orirentur scandala, aequitas saltem ad  
qua ac charitas postulare, ut prior cederet  
suo, potestque tum Judex compellere ad ducen  
dam posteriorem, sicuti enim, si quis post  
tum contrahat sponsalia, & defloret virginem  
cum qua contraxit, secundum probabilem  
rentiam censetur Deus obligationem voti post  
ponere obligationi justitiae, ita & hic censetur  
major obligatio cedere minori, *Sanch. Avers. Sp.*  
supra, *Gob.* n. 325. Hinc etiam docet *Lugo*,  
tantum praecelisset gratuita est simplex promissio  
sio Matrimonii, quamvis à puella acceptata  
set, sed sine repromissione, si cum alia sequatur  
tur sponsalia cum copula, haec praevalere.  
75. §. 3. Huc refertur sequens casus: Caja in  
sponsalia cum Titio, postmodum impregnata  
à Sempronio, qui nunc se offert ad eam ducen  
dam: *Queritur*, an Caja dissimulatis primatu  
sponsalibus possit Sempronio nubere. *R.* possit  
nam si Titius resciret constitutionem Capost e



nunc, certò resiliet, & sic prudenter præsumitur consentire, ut alteri nubat, habetque Causam iustam causam sic regendi istam suam infamiam.

§. 4. Qui contra sponsonem primæ factam pluribus promittit, si prima moriatur vel remittat obligationem, non ideo tenetur ulli ex posterioribus, quia posteriores contractus ab initio fuerunt invalidi, & tempore non convalescunt, *Sanch. l. 1. d. 50. Pont. Burgh. cent. 1. cas. 57. quod aliqui apud Aversam q. 8. f. 13. tenent, etiamsi posterioribus jurasset, in hoc tamen contradicunt Covarr. & Rebell., quia talis promissio jurata servari potest sine peccato, ergo servari debet. Quòd si contractus cum prima non fuisset validus, teneretur secundæ, & sic dicitur ininceps, omnibus autem tenetur de damno causato, Less. Lug. De just. d. 12. n. 39.*

76.

§. 5. Si sponsalia posteriora fuerint inita sub conditione, si altera sponsa nollet, vel moretur vel remitteret, sunt valida, *Krim. n. 273. In dubio autem, an fuerint absoluta, an conditionata, præsumi debent fuisse conditionata, quia alioquin deberet præsumi peccasse contra priora sponsalia, delicta autem non præsumantur, Tamb. Spor. supra. Quòd si priora fuerint conditionata, & posteriora absoluta adhuc prævalent prima, quia causabant obligationem expectandi conditionis eventum, uti statim dicitur, & tum ineundi Matrimonium, Sanch. l. 5. d. 5. n. 13. Castrop. d. 1. p. 16. n. 10. Krinner à n. 280.*

77.

Q. 11. Quid attendendum sit circa sponsalia conditionata. R. §. 1. Sponsalia conditionata obligant ad duo; imprimis ad ineundum Matrimonium post eventum conditionis; deinde ad expectandum

78.

dum illum eventum: Si enim dies sit appositus dendi  
v. g. *ducam te, si fuerit pentecoste*, suspenditur con- cem t  
tractus usque ad illum diem, quo accedem nu. 2  
contractus fit absolutus, *Castrop. d. 1. p. 16. n. 11* peren  
*Gob. tr. 10. n. 274. Spor. De Matr. n. 183.* decla

79. §. 2. Universaliter supponi debet, quòd p *Obj*  
foro conscientie standum sit intentione, qua tione  
contrahentes sciunt se habuisse in contrad giofi  
sponsalium, qualiscunque conditio fuerit adp nio re  
ta, uti probabitur n. 240. Si autem dubium & pro  
fit, quâ intentione hæc vel illa conditio fit ad oblig  
ta, multi dicunt standum esse Jure naturali nem i  
quia quamvis Jus positivum n. 238. referat Cap. 1  
dum disponat, ut conditio turpis vel impossib Re. ad  
bilis censeatur non esse adjecta Matrimonii tia Or  
ideoque semper debeat Judex pronuntiare p 573.  
valore Matrimonii, tamen cum hæc videant luntas  
esse dispositio odiosa, non videtur esse exte nuante  
denda ad sponsalia, sed de his judicandum er domi  
secundum præsumptiones ex circumstantiã n. 77  
Oppositum probabiliter tenent *Sanch. l. 5. d. 1. Inst*  
n. 2. & *Krim. à n. 828. 834.* Rationem dant, qualem,  
dispositio illa circa Matrimonium non est strictam l  
odiosa, & censeatur comprehendere sponsalia, n  
quæ inducunt obligationem Matrimonii. Bonu  
Quia talis conditio censeatur adjici, cum res quoac  
xione, si non sit turpis vel impossibilis, ergo non a  
fit turpis vel impossibilis, censeatur debet non a valore  
jecta. Utraque sententia est probabilis, & idicene  
auctores variant in resolutione casuum cu §.  
tales condiciones, uti constabit ex jam dicente, si

80. §. 3. Si conditio adjecta sit repugnans muni  
trimonio, sponsalia sunt invalida, uti si pialis, e  
mittam sub conditione, ut unus vel uterq feri de  
non habeat jus perendi, vel potestatem re pro n  
de Tom

positi dendi debitum, ut Matrimonium duret ad de-  
 tur cor- cem tantum annos &c. Et de his iterum dicitur  
 cedem nu. 258. Licet tamen adjicitur pactum de non  
 6. n. petendo vel reddendo debito, quod pluribus  
 declarabitur n. 228.

uod p- *Obji.* Substantia Ordinis sacri affert obliga-  
 e, qua- tionem ad continentiam; item substantia reli-  
 ontra- giosa professionis affert denudationem à domi-  
 rit ad- nio rerum temporalium, & tamen valent Ordo  
 dubit- & professio, licet apponatur conditio, ut non sit  
 fit ad- obligatio ad continentiam, vel ad denudatio-  
 atura- nem illam, uti habetur Can. *Diaconi*. dist. 28. &  
 refere- Cap. *Insinuante*, 7. Qui clerici vel voventes, ergo.  
 mpossi- *R. ad 1.* Statum continentie non esse de substan-  
 moni- tia Ordinis sacri, ut colligetur ex dicendis à n.  
 tiare 573. *Ad 2.* Ut valeat professio, debet esse vo-  
 videat- luntas se abdicandi jure dominii: In Cap. *Insi-*  
 e exte- *nuante*, fuit tantum voluntas retinendi usum  
 dum et- dominii dependentem à nutu prælati. Vide *Krim-*  
 stanti- à n. 779.

5. d. *Inst.* Intentio non servandi fidem conjuga-  
 ant, qu- lem, vitandi prolem &c. sunt contra substan-  
 est firi- tiam Matrimonii, cum sint bona illius intrinsi-  
 onfali- ca, nec tamen ideo invalidantur sponsalia. *R.*  
 monii. Bonum fidei & prolis est de essentia Matrimonii  
 im res- quoad obligationem tantum, quæ suscipitur,  
 , ergo- non autem quoad executionem, quam salvo  
 non a- valore Matrimonii possum velle negligere. Vide  
 , & id- dicenda n. 238.

um cu- §. 4. Si conditio sit impossibilis, v. g. ducam  
 dicente, *si cras fueris uno cubito major quam jam sis*, com-  
 mans- munitis sententia est cum *Sanch. Dicast. Escob.* &  
 uti si- p- alis, quod sponsalia valeant, quia conditio cen-  
 utere- feri debet pro jocosè adjecta, adeoque habetur  
 tem re- pro non adjecta; sed probabilius contradicunt  
 de Tom. VIII.

D

alii

81.

alii cum Gob. n. 149. & Spor. n. 189. qui enim conditionem apponit, sufficienter significat se nugari, & nolle contrahere.

82. §. 5. Si conditio fit turpis, v. g. te ducam, *fias Lutherana, si consenseris in copulam, Sanch.* & alii plurimi dicunt esse habendam pro non adjecta adeoque valere sponsalia: sed *Avers.* q. 5. f. 6. G. à n. 151. *Spor.* probabilius dicunt standum esse intentione contrahentium. Sponsalia tamen ante conditionem impletam non obligant, quia conditio poni non debet, cum fit turpis, & nullo modo possit obligari ad peccandum: tali tamen conditione copulæ impletæ erit obligatio Matrimonium, si absque peccato contrahi potest. Quid tenendum sit, si contrahatur sub conditione, *si vivens adhuc conjux suus fuerit mortuus* dixi n. 55.

83. §. 6. In dubio, an conditio turpis fit serena an solum ex joco adjecta, prima sententia n. 17. relata dicit, censeri debere, quod serio, quod communiter fit, ut serio adjiciatur, est autem ex communiter contingentibus prudens presumptio. Idem putant Gob. & Spor. de conditione impossibili, sed oppositum videtur probabilius, quia communius deest verus consensus uti n. 81. dictum est. De Matrimonio aliud dicitur Jus, uti dicitur à n. 238.

84. §. 7. Si sponponderint impediti, sed sub conditione, *si Papa dispense*, ac sciverint, Papam non solvere in tali impedimento dispensare, erit illi impossibilis conditio, nec valebunt sponsalia. Si dispensare soleat in tali impedimento, sed hic non fit causa justa dispensationis, et peti non debet, sed dissolvenda sunt sponsalia ne petatur aliquid, quod illicitum est peti.

concedi. Si & Papa dispensare soleat, & simul  
 adfit iusta causa, *Nav. Sor. Henriq. Barb. Ricc. Avers.*  
 q. 8. f. 5. *De Luca De Matri. d. 7. n. 4. Dian. p. 3. tr.*  
 4. R. 290. dicunt sponsalia adhuc esse invalida,  
 ideóque utrumque posse resilire, ante, imò &  
 post obtentam dispensationem, pro qua senten-  
 tia *Gob. n. 164.* affert plures decisiones *Rotæ*. Ra-  
 tionem dant 1. quia conditio pendens à vo-  
 luntate Principis censetur impossibilis. 2. Quia  
 tales contrahentes habentes impedimentum,  
 sunt ante dispensationem inhabiles ad contra-  
 hendum, ergo ante dispensationem invalidè  
 contrahunt, ergo nisi ponatur novus consensus,  
 sponsalia manebunt invalida. 3. Si quis post  
 votum sacrorum Ordinum iniret sponsalia sub  
 conditione, *si Papa dispenses*, nemo coget eum ad  
 dispensationem procurandam, & idem est in si-  
 milibus impedimentis, ergo, signum est sponsa-  
 lia ab initio non esse valida. E contrà *Sanch.*  
*Pont. Rebell. Comit. Castrop. Gob. n. 162. Spor. à nu.*  
 184. *Krim. à n. 853. 857. Kugler p. 2. n. 54.* pro-  
 babiliùs dicunt esse valida, & positâ dispensatio-  
 ne transire in absoluta, sunt enim sub conditio-  
 ne possibili, honesta & relata ad tempus, quo  
 erunt habiles, docétque praxis quotidiana, sæ-  
 pe fieri ejusmodi contractus sub conditione ra-  
 tihabitionis obtinendæ à Principe, cujus vo-  
 luntas, si adfit causa, cur meritò rati habeat, non  
 censetur impossibilis, & quamvis tales sint inha-  
 biles ad contrahendum Matrimonium, nullus  
 tamen textus vel ratio probat esse inhabiles ad  
 contrahenda sponsalia, ergo si contrahant, te-  
 nentur. De contractu ipso Matrimonii inito  
 sub conditione, *si Papa dispenses*, &c. dicam  
 num. 244.

85. §. 8. Si sponderint impediti, sed sub conditione, si impedimentum cesserit, Victor. & alii n. 41. relati dicunt impletâ conditione requiri novum consensum, quia prior erat inter inhabiles, ergo nullus: è contrâ Covarr. Angel. Sanch. l. 5. d. 8. n. 10. aliique cum Krimer n. 869. probabilius dicunt sufficere, quòd prior consensus permanet habitualiter, quia erat inter habiles sub conditione habilitante, nempe sub conditione cessantis impedimenti, ergo ferebatur in personas per tale tempore futuro habiles, ergo hac conditione positâ & cessante impedimento est jam absolutus consensus, & inter personas habiles. Universaliter, quòd contractus conditionati veniente conditione sine novo consensu fiat absoluti, dicam n. 246.

86. §. 9. Quando sponsalia inita sunt sub conditione, si pater consentiat, tunc si pater non contradicat, sed taceat, censetur consentire; utrum, si prius moriatur, quàm rogetur, Sanch. l. d. 7. n. 19. Si autem primis petitionibus contradicat, sed postmodum tandem consentit, conditio videtur esse impleta, & sponsalia. Si firmiter dissentiat, ut spes non sit, quòd consentiet intra breve tempus, non obligant, quia mens contrahentium non censetur fuisse ita differri Matrimonium. Si pater primò consentiat, & statim post contradicat, non censetur impleta conditio; quia contradictio statim detecta facit præsumi, quòd prior consensus non fuerit moraliter absolutus. Denique si pater consentiat, & diu post contradicat, videtur mature conditio impleta, & sponsalia transisse in absolutam, quia vim acceperunt à priori consensu jam antè absolutèposito, Spor. n. 186. An

tamen q. 5. f. 6. §. 3. & Gob. num. 167. recensent plurimas sententias authorum pro & contra circa hunc casum, & notant attentè considerandam esse intentionem contrahentium.

§. 10. Si alter repromiserit sub conditione, sed absque determinatione certij temporis, v. g. repromitto, si prius facias te promoveri Doctorem, conditio implenda est, quamprimum moraliter fieri poterit, L. Hec conditio, ff. De condit. & demonstr. Hec conditio, si in Capitolium ascenderit, sic recipienda est, si cumprimum potuerit, ascenderit.

§. 11. Si quis cum duabus inièrit sponsalia, vel cum utraque conditionatè, vel cum prima conditionatè, & cum secunda absolutè, posteriora sunt invalida, quamvis secunda conditio prius impleatur, quàm prima, quia hæc secunda sunt contra fidem priorum, & contra jus primæ acquisitum, vi enim priorum sponsalium tenebatur expectare eventum primæ conditionis, ita cum aliis *Castrop.* supra n. 5. *Spor.* n. 182. 184. contra *Laym.* supra n. 7. & alios.

§. 12. Si copula sit secuta post sponsalia conditionata, præsumitur accessisse absolutam promissionem, etiamsi conditio necdum sit impleta, quia credibile non est, vel juvenem petiturum, vel saltem puellam consensuram fuisse, nisi sub spe absoluta & dsterminata futuri Matrimonii, *Perez, Gob.* n. 276. *Spor.* num. 183. *Krim.* 864. contra *Sanch.* & alios. Si tamen habens copulam noluiisset absolutè se obligare pro foro conscientia, non esset attendenda præsumptio, utpote nitens falso.

§. 13. Si Caja fateatur se repromisisse Titio, sed dicat se repromisisse sub conditione aliqua, Titius autem dicat illam absolutè repromisisse,

D 3

aliqui

aliqui dicunt Cajæ incumbere onus probandi quòd conditionem adjecerit, quia affirmans incumbit probatio, & reus suam exceptionem vel intentionem, in qua se fundat, probare tenetur, cum ordinariè præsumi non possit. E contra *Andreas Gaill.* & alii multi cum *Gob. num. 18* probabiliter dicunt Titio incumbere probare quòd conditio adjecta non fuerit, quia qui acceptat confessionem, debet illam acceptare eodem modo, qualificatione, & exceptione, quam addidit ille, qui confitetur, alioquin, si hæc firmæ non acceptentur, reus censetur potius manere negans, quàm esse confitens, valet autem hæc tantùm in causis, quæ non sunt criminales, ubi non est præsumptio in oppositum, uti tant eidem authores.

91. §. 14. Si Berta affirmet, Matrimonium fuisse à Cajo esse promissum sub conditione copulæ quam ideo admiserit, Cajo autem fateatur copulam, sed neget conditionatam illam promissionem, Bertæ imperari debet silentium, quantum ad sponsalia attinet, & Cajo est absolvendus, quia actore non probante absolvitur reus. Neque Berta aut Cajo potest admitti ad juramentum, nisi afferant alias præsumptiones vel indicia facientia pro se semiplenam probationem. Si autem pro utroque essent talia indicia quæ facerent semiplenam probationem, Berta putat juramentum purgativum esse reo deferendum, actori autem non esse permittendum juramentum in supplementum probationis, quod Judex debet esse propensior ad liberandum quam ad condemnandum: in hoc tamen matrem permittitur arbitrio prudentis Judicis *Gob. n. 94.*



§. 15. Si alteruter impediatur, quominus conditio licita & honesta impleatur, talis impediens manet obligatus etiam non impletâ conditione, alter autem manet liber, donec impleatur, sic enim habet regula Juris, apud *Gob.* num. 272. & *Spor.* n. 181. quod, quoties per eum, cuius interest conditionem non impleri, stat quominus impleatur, perinde fit respectu illius ac si impleta esset, qui autem talem conditionem conatur impedire, æquivalenter frangit fidem datam, & renuntiat sponsalibus, hinc pars altera, si velit, potest resilire, *Gob.* n. 273. Vide *Krim.* à n. 922.

Plura circa consensum & Matrimonium conditionatum addentur à n. 238.

Q. 12. Quid præterea notandum sit circa promissionem Matrimonii inter consanguineos vel aliter impeditos. R. §. 1. Si promissio fiat absolute, non obligat, quia vel sunt inhábiles ad Matrimonium, vel promittunt rem illicitam, ad quam non potest esse obligatio, & perinde est, si impedimentum inter illos sit dirimens siue impediens tantum, uti rectè *Aversa* q. 8. f. 7. omnia enim dirimunt, id est, impediunt valorem sponsalium absolutorum; quamvis, si sit impedimentum impediens tantum, Matrimonium initum futurum esset validum. Et consequenter invalida sunt absoluta sponsalia eorum, qui aut validè aut licitè non possunt inire Matrimonium, *Gob.* n. 98. Idem dicunt *Sanch.* l. 5. d. 5. n. 26. & *Gob.* n. 166. quamvis in mente habuissent petere dispensationem, si hoc exteriùs non expresserint, quia cum sit contractus inter homines, quæ ex natura non insunt, debent exprimi, alioquin non attenduntur, uti ex Jure probat *Krim.* n.

860. Si tamen post promissionem locuti sint, & egerint de impetranda dispensatione, jam expressa est conditio, uti rectè *Sanch.* n. 27. nam perseverabant in illa promissione, cui jam sufficienter etiam externè adjecerunt conditionem

94. §. 2. Si promiserint sub conditione dispensationis obtinenda, dixi n. 84. probabilius videri, quòd promissio valeat: quamvis autem ante conditionem impletam non fit obligatio ratione sponsalium (quamdiu enim consensus non est absolutus & perfectus, non sunt strictè sponsalia, ideòque non pariunt impedimentum publicæ honestatis) est tamen obligatio ex promissione simplici, quæ impletâ conditione transit in sponsalia: Et quamvis inhabiles fuerint ad contrahendum pro tunc, tamen non ad contrahendum pro tempore impletæ conditionis. *Sanch.* n. 24. Et ex his inferunt aliqui, si Scholasticus Societatis JESU promiserit Matrimonium sub conditione liberationis à votis absolutum ab his teneri, quia, quamvis vota illa dirimant Matrimonium de præsentì, non tamen impediunt valorem promissionis pro futuro libero implendæ.

95. §. 3. *Sanch.* n. 36. *Laym. Gob.* n. 164. putant plerumque præsumi debere, quòd is, qui Matrimonium urget, vel cujus magis refert ininitate tacitè se obligarit ad procurandam dispensationem, quamvis contradicat *Castrop.* nisi per hoc quòd dixerit, dispensationem fore facilem, obtinuisset copulam, tum enim subivisset omnia, quæ sunt necessaria ad procurandam, alioquin sicuti si aliquis promittat aliquid sub conditione, si fiat consensus, non ideo obligatur specialiter procurare, ut fiat consensus, ita & hic. Communibus tamen sumptibus

bus procurari debet dispensatio, cum sit causa communis, uti omnes notant cum *Sanch.* n. 37.

§. 4. Si fidelis promittat infideli, sub conditione, si fiat fidelis, obligare quidem possunt in ratione simplicis promissionis, attamen juxta mentem Ecclesie non sunt sponsalia, nec inducunt publicam honestatem, quia Canones tantum loquuntur de sponsalibus inter fideles, *Angles, Henriq. Avers.* q. 8. f. 5.

Q. 13. Quid notandum sit circa promissionem Matrimonii disjunctivam vel incertam. R. §. 1. Promissio disjunctiva, uti si quis spondeat ducere vel *Cajam* vel *Titiam*, non constituit sponsalia proprie dicta, quia hæc debent esse circa determinatam personam: nihilominus si talis promissio acceptata sit ab utraque, inducit obligationem ducendi alterutram. Quod si unam eligat, & illa renuat, non tenetur ducere alteram, quia per ipsum non stat, quominus promissionem impleat, sed stat per illam, quæ recusat, quia retinuerat liberam optionem alterutrius, *Sanch.* l. 1. d. 26.

§. 2. Si quis promiserit *Cajæ* vel *Titiaë* ejus forori, & cum *Caja* habuerit copulam, præsumi debet, se determinasse ad *Cajam*, & absolute voluisse hanc ducere, quia non debet præsumi, quod peccare voluerit contra justitiam, contra quam peccasset, si absolute noluisset ducere *Cajam*, quia per copulam cum *Caja* contraxit affinitatem cum *Titia*, ergo tenetur ad *Cajam*. Quod si promississet *Cajæ* vel *Titiaë* non sanguineis, dicunt multi cum *Avers.* q. 8. f. 3. non debere ex copula cum *Caja* præsumi, quod determinarit se ad *Cajam*, nisi aliud dederit signum determinati consensûs, quia adhuc posset ducere

96.

97.

98.

ducere Titiam, sed oppositum videtur probabilius, quia secundum dicta n. 89. creditur non est, vel ipsum petiturum vel ipsam consensuram fuisse in copulam, nisi sub promissione saltem tacita contrahendi Matrimonii.

99. §. 3. Promissio incerta, uti si quis spondeat accipere unam e tribus filiabus Titii, etiam non sunt proprie sponsalia, obligat tamen talis promissio, & tenetur unam accipere, quæ ei placuerit, Bonac. Avers. supra, Gob. n. 136. Similiter pater jurarit Titio se daturum unam e tribus filiabus suis, potest assignare, quam volet, & Titius unam respuat, non tenetur dare aliam, reliquæ moriantur, antequam designaret unam tenetur dare superstitem. Quod si Titius habet copulam cum una, pater nullam tenebitur dare; non illam, cum qua habuit copulam, quæ ad nullam determinatè tenebatur; nec aliam propter impedimentum affinitatis, quod contraxit, Sanch. supra, Bonac. de spons. q. 1. p. 3.

100. Q. 14. Quid dicendum sit de sponsalibus, quæ fiunt in absentibus vel invitis parentibus. R. §. 1. Multum sunt in utroque Jure, quæ videntur statuere, non tantum Matrimonium, sed etiam sponsalia fiant consensu & consentientibus parentibus, sed dicendum est cum Krimer à n. 132. & communiter, non esse debitum necessitatis ad eam personam, quam proponunt parentes, sed ad sumendum debitum honestatis & decentiæ, at tamen teneri consulere parentes, uti pluribus dicam n. 569.

101. §. 2. Si parentes contradicant sponsalibus invitis, putat Menochius promittentem hoc ipso non obligari, sed alii cum Gob. tr. 10. n. 33. melius dicunt obligari, nisi secutura essent, graviter inco-

incommoda, quia sponsalia fuerunt absoluta, neque hæc præcisè est iusta causa dissolvendi, secundùm dicenda postea.

§. 3. Quamvis parentes minarentur exhæredationem, tamen si impregnavit sponsam factâ sponfione vel spe Matrimonii, tenetur ducere; & quamvis leges quorundam locorum permittant tales contrahentes exhæredari, hæc tamen sunt correctæ à Jure, non tantùm Canonico, sed etiam civili, uti dicitur n. 571. Quòd si timeretur perpetua offensa parentum, *Sanch.* aliique apud *Gob.* n. 335. putant talem sponsum non teneri ducere, sed de hoc dicam n. 169. An autem pater possit filix contra voluntatem suam nubenti negare dotem, dicitur n. 572.

Q. 15. Ad quid teneatur, qui juravit se ducturum Titiam, & nullam aliam. R. Tenetur ducere Titiam: Si autem Titia renuat, potest ducere aliam, quia juramentum erat factum in gratiam Titix, quæ jus remittit: & quod dixerit, nullam aliam, intelligebat præ Titia, seu prætermisâ Titia, si ipsa vellet, *Gob. tr.* 10. n. 134.

Q. 16. An sponsalia ex metu injustè incusso contra-cta sint valida, vel saltem obligent ex religione, si accedat juramentum. R. Operæ pretium est scire, an valida sint, nam, si valida sint, inducunt impedimentum publicæ honestatis. Quis autem metus dicatur levis aut gravis, & quotuplex sit, dixi l. 3. p. 2. à n. 630. quibus suppositis,

§. 1. Levis metus injustè incussus non invalidat sponsalia, uti colligetur ex dicendis n. 649. Attamen talia sponsalia manent infirma in foro conscientix, & propriâ autoritate metum passi sunt irritabilia, uti dixi l. 3. p. 2. n. 642. ac præter ibi citatos, docent *Bonac. Becan.* nec improbat *Avers.*

*Avers.* q. 8. f. 4. Ratio autem est, quia cum per metum incutiens teneatur relaxare fidem metu iniuste extortam, poterit ille, qui iniuste passus est metum, revocare fidem à se datam. An autem ille saltem, qui metum incusserat, obligetur dubium est: negant *Sanch.* l. 4. d. 15. n. 5. & *Sponser* n. 150. quia putant in contractu oneroso utrimque obligante ad æqualitatem, qualis est promissio Matrimonii, vel utramque vel neutram partem esse obligatam, sed oppositum videtur probabilius cum *Aversa*, & constat saltem ex promissione simplici acceptata posse ex utraque tantum parte esse obligationem.

106. §. 2. Probabilius videtur, quod metus gravis etiam ab extrinseco & iniuste incussus ab altero etiam contrahente ad extorquendum consensus, spectato Jure naturæ non invalidet sponsalia, uti nec alios contractus ex natura sua rescindibiles, secundum dicta l. 3. p. 2. à n. 69 ubi auctores affirmantes & negantes retuli, præter ibi citatos pro parte affirmativa statim etiam *Covarr.* & *Avers.* supra: è contrà pro negativa, quæ nostra est, stat acriter *Kymer* à n. 40. Ratio est, quia quamvis talis metus imminuat artamen non videtur tollere libertatem ad sponsalia sufficientem, cum relinquat ea simpliciter voluntaria. Et cum hæc injuria maneat rescissibilis per rescissionem sponsalium, non est sufficiens ratio dicendi, quod Jure naturæ sint irrita. Et hæc firmabuntur ex dicendis n. 671.

*Obj.* Talia sponsalia spectato Jure naturæ poterant obligare ad ineundum Matrimonium, ergo spectato Jure naturæ sunt irrita saleem tione objecti sui, ad quod obligarent. *Probantur.* tale Matrimonium est ab initio irritum

saltem Jure positivo, uti constabit ex dicendis à n. 653. implicat autem dari obligationem ad actum ab initio irritum, ergo. *Confirm.* Nam recta ratio dicit, non posse dari obligationem ad aliquid illicitum, vel per leges impossibile, Matrimonium autem tale est illicitum & per leges impossibile, ergo. *R.* Non poterant obligare obligatione inevitabili, c., obligatione evitabili. n. nam metum passus statim posset contractum rescindere, & se ab obligatione illa liberare, si autem nollet rescindere, posset liberè & voluntariè contrahere Matrimonium: unde patet responsio ad confirmationem; nam si nolit illa sponsalia rescindere, Matrimonium erit utrinque licitum: Et simile est, si jures latroni dare pecuniam, secundum dicta l. 3. p. 2. num. 728. nam religio ratione juramenti te obligat ad dationem, quamvis latro eam illicitè exigat, & si non velis rescindere illam obligationem peritâ relaxatione juramenti, teneberis eam nunc liberè solvere, quamvis postea post momentaneam solutionem maneat tibi jus repetendi solutum.

*Inst.* Votum ingrediendi Religionem metu extortum est Jure naturæ irritum, quia professio metu extorta est irrita, ergo similiter sponsalia, sicuti enim ingressus in Religionem est via ad professionem, ita sponsalia ad Matrimonium. *Respondent* 1. multi apud *Busenb.* quem retuli l. 3. p. 1. n. 363. negando consequentiam, eò quòd Deus vota extorta non acceptet, homo autem acceptet promissionem extortam. *R.* 2. *n. antec.* nam si voveat ingredi Novitiatum ad experiendum, retentâ libertate postea profitendi vel non profitendi, votum valebit, uti dixi l. 4.

l. 4. n. 52. & si postea profiteatur, valebit professio, quia jam liberè fiet. Si autem coactus metu etiam ad vovendum, vel ad professionem si probet hunc metum intervenisse, professio declarabitur fuisse, saltem Jure positivo irrita.

Reliqua soluta sunt l. 3. p. 2. à n. 643. Quia autem tenendum sit de ipso contractu Matrimonii ex metu gravi contracto, spectato Jure tam naturali quàm positivo, dicitur à n. 647.

107. §. 3. Probabile est, quòd sponsalia ita iniuncta ob gravem metum ab altero contrahente iniunctè incussum sint Jure positivo invalida, sic enim videtur statui Cap. *Ex litteris*, De despons. in pub., & docent gravissimi authores cum *Covarr. Avers.* q. 4. l. 6. *Sanch.* l. 4. d. 19. n. 3. *Kugler* p. n. 34. contra *Less.* *Haun.* *Wiestn.* *Krimer* à n. 42. & alios, qui etiam probabiliter contradicunt, rectè addunt *Sanch.* à n. 5. & *Less.* l. 2. c. 17. n. 3. quamvis valida essent, posse coactum propria autoritate ab eis resilire. Dixi, ab altero contrahente incussum, nam *Krimer* n. 432. putat, si metus à tertio sit incussum, per L. 14. §. *In actionibus ff.* Quod metus causà, fieri potestatem metum passo, ut sponsalia per Judicem rescindantur, uti etiam in aliis contractibus notavi l. 3. p. 4. num. 640.

108. §. 4. Ejusmodi sponsalia ex gravi metu iniuncta non firmanur juramento, uti patet ex cit. Cap. *Ex litteris*, docentque auctores cum *Sanch.* d. 2. n. 3. Nec tale juramentum obligat, quia jus illud ab initio irritat, unde nec opus est relaxatione illius, *Azor* l. 1. c. 11. q. 14. E contra sponsalia ex metu levi validè iniuncta, essent etiam jurata, quamvis non firmarentur juramento, tamen juramentum obligaret ex religione, usque



dum relaxaretur ab Episcopo, *Sanch. n. 4.* Quid autem tenendum sit de ipso Matrimonio per metum extorto, si juramentum illi adjiciatur, dicam n. 666.

Q. 17. Quid addendum sit circa sponsalia impuberum. R. Supponendum est ex dictis in l. 3. p. 2. n. 667. masculos esse impuberes, qui annum decimum quartum, femellas autem, quæ duodecimum necdum compleverunt, uti habetur *Cap. Attestationes, De despons. impub.* Et de illorum sponsalibus addenda sunt seqq.

§. 1. *Cap. 3. 4. 5. 15. De despons. impub. 110.* requiritur septennium ad valorem sponsalium, debetque illud esse plenè ac physicè completum, secundum dicta n. 50. & dicenda n. 689. Additi tamen hic n. 50. non peccare eos, qui ante septennium ineunt, quia illud nullo Jure prohibetur, quod enim adducitur ex *Cap. 2. De despons. impub.* dicam n. 691. esse intelligendum de Matrimonio. An autem tum valeant, si malitia suppleat ætatem, dixi n. 50.

§. 2. Si impubes contrahat Matrimonium 111. de presenti, hic contractus est quidem invalidus in ratione Matrimonii, uti dicitur n. 689. attamen valet in ratione sponsalium secundum dicta n. 52.

§. 3. Sponsalia ab utroque vel alterutro impubere inita sunt valida, cum per nulla Jura irritentur, imò inducunt impedimentum publicæ honestatis per *Cap. Litteras, Cap. Accusar. Cap. Continebar* De despons. impub. sunt tamen suspensa, quia quamprimum impubes fuerit affectus annum pubertatis, datur ei optio, vel resiliendi vel approbandi sponsalia, *Cap. De illis. Cap. Anobis, ibidem.*

113.

§. 4. Cap. De illis, ibid. ita statuitur: De illis qui infra annos aptos Matrimonio sponsalia contrahunt, siue uterque siue alter reclamet, antequam ad annos Matrimonio aptos pervenerint, & postulent separari, non sunt ullatenus audiendi: idest, talia sponsalia non possunt sine dispensatione, nequidem mutuo consensu dissolvi, priusquam facti sint puberæ cuius legis causas dant *Sanch. l. 1. d. 51. & Gob. l. 9. n. 382.* sufficit hæc, ne ætas illa ob inconstantiam exponatur nimis mutationibus. Quod si ante septennium contraxissent, secundum *dicitur n. 50.* non essent sponsalia, sed simplex promissio, quæ mutuo consensu revocari possit, *J. enim tantum loquitur de sponsalia contrahentibus, Avers. q. 8. l. 11. §. sexta.*

114.

§. 5. Si impubes sponsalia firmasset juramento, *Sanch. & alii multi cum Aversa §. septimo dicitur* teneri ex motivo religionis, nec posse ad eam pubertate resilire, quia *Cap. Ex litteris, 2. d. sponsalibus absolute dicitur, talem impuberem intuitu juramenti debuisse compelli prioris sponsam accipere.* E contra *Tamb. Pontius l. 12. d. 9. n. 7. Castrop. d. 1. n. 17.* absolute negant, quod juramentum videatur sequi naturam actus, cui adjicitur. *L. fin. Cod. de numer. p. cum.* sponsalia autem imbibunt conditionem nisi facti puberes resiliamus, ergo cum possint expedire ab obligatione contractus, etiam videntur se posse expedire ab obligatione juramenti. Attamen responderi potest pro *Sanch. quamvis juramentum non firmet actum, cum tamen sine peccato servari possit, reverentia vini Numinis invocati videtur postulare, ut servetur, donec dispensetur, ut dictum est l. p. 2. §. 2. 726.* Fatentur tamen omnes minores

causam sufficere pro talibus sponsalibus & iuramentis impuberum dissolvendis.

§. 6. Si sponsi ante pubertatem se carnaliter cognoverint, sponsalia censentur completa, nec datur locus resiliendi, quia, qui habet generandi potentiam, in Jure non reputatur impubes, Cap. *A nobis*, Cap. *Puberes*, De despons. impub. Cap. ult. De eo, qui cognovit consanguineam. 115.

§. 7. Si pubes cum impubere contraxerit, non potest resiliere, nisi alter quoque factus pubes ei obligationem remittat, potestas enim resiliendi est concessa soli impuberi in favorem & privilegium statûs, Krimer n. 617. Spor. n. 197. cum communi.

§. 8. Qui prius fit pubes, potest statim resiliere non expectatâ pubertate alterius, quia frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus, Cap. *Cum contingat*, 36. De officio delegati, & ita docent Abb. Hostiens. Sanch. l. 1. d. 51. Côm. Dian. Averfa §. *Si ergo*, Krimer n. 613. contra Gob. Nald. Masstrum n. 79. & alios, 117.

§. 9. Si parentes pro liberis necdum septennibus contrahant sponsalia, invalida sunt, nisi liberi septennio majores approbaverint, communis cum Kugler p. 1. n. 98. Similiter si contraxerint pro impuberibus septennio majoribus, etiam invalida sunt, si aliquo modo non consentit filius; Et utrumque habetur Cap. un. De despons. impub. in 6. Quando autem Cap. *Tua nos*, De despons. impub. dicitur, postquam filius pervenerit ad perfectam aetatem, omnino debet hoc implere, Tò debet significat debitum decentiæ, honestatis, pietatis erga Parentes, si non adsit causa in contrarium, de cætero parentes, qui talia sponsalia contraxerunt pro liberis suis, Tom. VIII. E non

non tenentur nisi procurare, quantum possunt, consensum liberorum, quando adoleverint, *Krimer* à n. 606. Attamen talia sponsalia per parentes contracta, quando valuerunt, rescindere non possent, nisi liberi sint puberes. *Sanch. Krimer* n. 618.

119. §. 10. Factus pubes debet, per se loquendo, statim rescilire, si rescilire velit, id est, intra triduum saltem ante vel postquam pubertatem assecutus, quod enim intra triduum fit, dicitur in continenti & statim fieri. L. fin. Cod. De errore advocati, & L. fin. Cod. De judiciis; Quod si non illico reclamavit, sponsalia sine posteriori ratificatione manent completa. Ac sufficiens pro foro conscientiae reclamationem à pubertate assecuto esse factam etiam interne tantum, uti habent *Sanch. l. 1. d. 51. n. 17. Krimer* n. 619. & alii contra *Ponsium l. 12. c. 9. n. 5. Castrop. d. 1. p. 17. n. 5.* Et pro foro externo, Judex pro dissolutione sententiam ferat, si factam esse coram Confessario & testibus: imò sufficit factam esse reclamationem ante annum pubertatis, dummodo pubes eum dissentire non mutet, quia licet impubes non possit invalidare sponsalia, potest tamen, si in dissensu persistat pubes factus, per illum ipsum dissensum sic continuatum impedire, ne lapsu temporis requisiti videatur illa tacite ratificasse, quia tum pubes censetur in illo dissensu persistasse, *Sanch. n. 16. Avers. §. Notant.*

120. Q. 18. Quid dicendum sit in variis dubiis circa formam & obligationem sponsalium. R. Aliqua de dubiis circa contractus dixi l. 3. p. 2. à n. 661. quae etiam huc pertinent, & ibi videri possunt. Adde sequentia. §. 1. Qui ante septennium im-

sponsalia, & nunc dubitat, an tum habuerit usum rationis, illis non tenetur, ex Cap. *Accessit*, De despons. impub. *Schild. tr. 6. c. 7. §. 1.* Unde nec talia sponsalia inducunt publicam honestatem, hoc enim casu tollitur illud impedimentum, vel per hoc, quod Ecclesia omnem contractum puerorum septennio minorum invalidat, licet ratione utantur, sic ut etiam ex consensu illorum in sponsalia & Matrimonium nolit oriri impedimentum publicæ honestatis, uti docent *Abb. Socinus, Rosella, Brunellus, Carrerius*: vel quia in eo, qui minor est septennio, cōsensus fuit nullus, eò quod præsumatur non adfuisse usus rationis, uti docent cum communi *Sanch. l. 1. d. 16. n. 9.* vel quia Ecclesia omnes actus sponsalicios & Matrimoniales ante septennium initos, quando dubium est, an adfuerit usus rationis, invalidat, sub conditione tamen, si postea non innotescat, quod adfuerit usus rationis, vel si nolit de futuro, & Deus videat, quod postea non innotescat contrahentem usum esse ratione, uti vult *Schild.* rejectis duabus aliis sententiis. E contra certus de sponsalibus initis post septennium, & dubius an cum usu rationis, tenetur se gerere, ac si sponsalia inivisset, Jus enim tum præsumit adfuisse usum rationis, *L. Si infanti, Cod. De Jure delib.* Idem dicit *Schild.* de eo, qui dubitat, an sponsalia iniêrit ante, an post septennium, nam *Sanch. in Dec. l. 4. c. 1. n. 14.* idem etiam dicit de voto, sponsalia autem & vota communiter non fiunt ante septennium, ergo ex communiter contingentibus præsumitur facta esse post septennium; sed de hoc videri possunt diêta l. 3. p. 1. n. 387.

§. 2. Dubitans, an verè promiserit, non te-

E 2

netur,

netur, quia libertas est in possessione, communis *Sanch.* l. 1. d. 9. nu. 11. si autem sciat se promississe, sed nesciat, an serid, an fictè, *Spor.* n. 139 adhuc putat non teneri, quia necdum certum est promissionem obligatoriam possedisse, *fec. Sanch.* n. 13. & alii probabilius dicunt teneri, quia verba promissoria sunt in possessione, cum quibus præsumi debet fuisse animus se obligandi, prout verba significabant, unusquisque enim præsimitur loqui secundum mentem. Unde etiam, quando scit se fuisse obligatum promittere, sed non scit, an satisfecerit huius obligationi, indicabit se promississe, quia delicta vel fraudes non præsumentur, & in dubio probabiliter id factum, quod de Jure erat faciendum, *Gob. tr.* 10. n. 136.

¶ 22. §. 3. Quamvis verba, *accipiam te in uxorem ducam te &c.* de se indifferentia sint ad significandum nudum propositum, vel promissionem, tamen ex communi sensu & interpretatione censentur in hac materia tanquam promissiva & obligatoria, *S. Th.* & alii communiter cum *Avers.* q. 8. f. 3. §. *Debet.* Idem est, si juvenis petat, *vis me ducere?* & puella dicat, *ita*, nisi circumstantiis colligeretur, quod juvenis tantum voluisset explorare mentem puellæ, *Vass. Averf.*

123. §. 4. Quando dubium est, an per verba significentur sponsalia, an Matrimonium, si omnia adhuc integra sint, standum est pro libertate, & dicendum esse tantum sponsalia, *Gob.* 86. Notatque ex aliis multis *Barbosa* De dictione 436. n. 14. quod verbum *volo*, junctum altero verbo infinitivo non importet dispositionem de presenti, sed voluntatem agendi de futuro

uti si dicam, volo te ducere in uxorem, & colligitur ex Gob. in L. Servi electiones, verbo, possumus, ff. De legatis, hinc Sanch. l. 1. d. 18. à n. 25. docet, per ea fieri sponsalia, sed dubium esse, an Matrimonium fiat: nihilominus per illa verba: volo te ducere, fieri non tantum sponsalia, sed etiam Matrimonium volunt alii cum Pontio l. 2. c. 9. n. 8. Vide Lugo in Resp. mor. l. 3. dub. 16. n. 47.

§. 5. Si juvenis coram Parocho & testibus 124. dicat: ex crastino, seu, in crastinum accipio te in uxorem, & puella respondeat, & ego te in maritum, multi dicunt esse Matrimonium, quia dicunt, se de presenti consentire, quamvis executionem suspendant in crastinum, uti si hodie dem equum pro cras utendum. E contra Sanch. & Gob. n. 64. dicunt esse tantum sponsalia, quia quamvis loquantur in presenti, tamen videntur referre ad futurum tempus pro habendo ultimato consensu. Utraque sententia est probabilis, sed prima videtur probabilior. Quod si vir dicat, accipio te in uxorem, & puella respondeat, & ego te accipiam in maritum, erunt tantum sponsalia, quia licet verba viri significant in presenti, tamen responsio puellæ transfert utrumque consensum ad futurum, Avers. q. 8. f. 3. §. Potest. Spor. n. 145. Si dicant, volo te esse meam & meum conjugem, Pontius dicit esse Matrimonium, Sanch. sponsalia. Si tamen dicerent, ex nunc volo, Avers. fatetur fore Matrimonium.

§. 6. Quando verba vel signa personæ prius 125. loquentis de sponsalibus, clarè significant promissionem, si verba, quæ altera pars reponit, sint dubia, dabent intelligi secundum verba illius, qui prius est locutus, censetur enim respondisse ad rem, & ad materiam subjectam, Sanch.

l. 1. d. 18. n. 4. Gob. n. 72. Spor. n. 152. E contra si verba aut signa utriusque sint ita dubia, ut eius non possit mens conjici, debet Judex potius interpretari contra sponsalia, *Rebell. Perez, Dicitur Gob. à n. 73. Spor. n. 153.* contra *Tann. Tamb.* & alios: Ratio est quia standum est pro libertate possidentis illam, nisi Jus aliquid contrarium disponat, Jus autem respectu sponsalium nihil disponit in contrarium, quamvis disponat, ut in dubio steretur pro valore jam initi Matrimonii; ubi est diversa ratio, cum è Matrimonio dissoluto nasci possint alia incommoda circa proles vel dotem: hinc, inquit *Gob. n. 76.* cum *Henriq. & Tann.* si quis sit dubius de suis sponsalibus, potest pronuntiare pro sua libertate Favendum tamen est potius fœminis quam masculis, quia hi solent sæpius decipere, aut facilius frangere fidem, *Henriq. Sanch. Gob. n. 77.*

126. §. 7. Verba certò significantia sponsalia sunt *accipiam vel ducam te, non aliam sed te ducam: habebis me in fidem, nisi te ducam: Gob. Spor. n. 155.* Ratio est, quia hæc & similia ex communi sensu omnium significant saltem implicite promissionem & voluntatem se obligandi, *Sanch. l. 1. d. 18. n. 12. Tamb. Tann. Gob. à n. 48.* è contra hæc verba dubiè significant sponsalia, *te desponsabo: te desponsalia contraham,* quia potest esse promissio sponsalium tantum, & non Matrimonii, ita ut illa; *volo contrahere tecum; placet te ducere;* nam multi dicunt per illa significari animum tantum faciendi sponsalia, vel affectum ad Matrimonium, quamvis necdum admittatur obligatio: Similiter per illa: *volo te habere; volo te habere in uxorem, item, tu eris mea;* putant multi significari Matrimonium, alii sola sponsalia, *Gob.*



§ 8. dicit apud Germanos nudis illis verbis nihil perfici, nisi aliquid aliud accedat, quia non satis exprimitur obligatio, sed potius declaratur tantum desiderium habendi pro uxore: per illa autem, *contraham tecum Matrimonium*, significatur tantum propositum, nisi aliud colligeretur ex circumstantiis, Tam. Gob. n. 61. Spor. n. 159.

§. 8. Hæc verba, *nullam aliam ducam præter*, 127. vel, *nisi te*, facere possunt sensum, vel hunc: *ducam te, & nullam aliam*; vel istum: *si aliquam ducam, te ducam*. Et probabilius videtur cum Sanch. l. 1. d. 19. Leym. Avers. q. 8 f. 3. Krimmer n. 76. contra alios multos, quod faciant posteriorem sensum, adeoque non faciant sponsalia, nam nisi alia intentio aliunde constet, sicuti, cum dico: *nullam Religionem ingrediar, nisi Carthusianam*, significo, si ingrediar aliquam, ingrediar Carthusianam, attamen possum nullam ingredi, ita & hęc. Si tamen coram Parocho & testibus diceret, *non duco aliam nisi te*, fieret Matrimonium, quia ex circumstantiis constaret sic debere exponi: *duco te & nullam aliam*.

§. 9. Si Cajus propinans Titia dicat, *propino tibi in Matrimonium* & Titia annuens respondeat, *Deus tibi benedicat*, communiter censeri non debent sponsalia, si de contrahendo antehac nil egerint, quia nec juvenes solent seriò talia dicere, bene scientes, quod puellæ non faciliè soleant ita citò seriò repromittere, neque Titia satis significavit repromissionem: si tamen antehac tractassent de sponsalibus, & ex circumstantiis judicarentur seriò agere, præsumi deberet valere sponsalia, quia tum satis adverteretur esse seriò animus in Cajo promittente & mutuus consensus in Titia respondente, sicuti, si cui propinetur

sanitas Cæsaris, & ipse dicat, Deus tibi benedicat, censetur consentire in appreciationem pro sanitate Cæsaris, uti è contrà, si propinetur ad sanitatem Turcarum, nunquam dicet, Deus benedicat, & sic ostendit dissensum, Gob. à n. 31. Spor. n. 162.

129. §. 10. Hæc verba: *promitto tibi amorem & fidelitatem*, nisi adsint aliæ circumstantiæ, non continent promissionem Matrimonii, quia amor & fidelitas possunt in aliis rebus præstari, Gob. n. 65. Si tamen mox sequeretur traditio annuli, vel copula, censerentur contracta sponsalia, quia dubium per talem circumstantiam censeretur sufficienter solutum, Spor. n. 161.

130. §. 11. Si juvenis dicat: *do tibi hunc annulum vel hoc strophium in ordine ad Matrimonium*, & puella acceptet, quamvis nihil dicat, videntur esse sponsalia, quia acceptatio cum taciturnitate æquivalenter repromissio, Sanch. Gob. n. 67. E contra tamen, si juvenis apprehendat manum puellæ, & dicat: *sub fide mea te ducam*, illa autem nec retrahat manum, nec contradicat, per hoc non censetur repromittere: sed si juvenis diceret: *habes meam manum in signum, quod sim te ducturus, si tamen etiam me velis*, & puella vicissim daret manum, forent sponsalia, quamvis illa nihil diceret, quia datio manûs est sufficiens signum reciproci consensûs, Sanch. Gob. n. 66.

131. §. 12. Si puella dicat: *tibi nubam, si Deo placuerit*, & juvenis respondeat, *& ego ducam te, si Deus ita disposuerit*, non sunt sponsalia saltem absoluta, quia non est absoluta promissio, nisi ex circumstantiis intelligeretur, quod significarent se iudicare, quod sic sibi expediret ad salutem, & ideo

ideo promittere, quia censerent Deo placere & illum ita disponere, *Gob. n. 169.*

§. 13. Si Titius promiserit Matrimonium *132.*

Cajæ acceptanti promissionem sed non repromittenti, & dubitetur, an Titius voluerit se absolute obligare, an tantum sub conditione, si Caja repromitteret, censendum est, quod non voluerit se absolute obligare, quia in dubio præsumitur id, quod plerumque fieri solet, sponsi autem non solent velle se obligare, nisi dependenter à reciproca repromissione, *Bonac. Avers. q. 3. f. 1. §. ult. Gob. n. 20. Spor. n. 135.*

§. 14. Si sponderint pro certo die, v. g. *133.*

pro festo sancti Petri inire Matrimonium, nec addiderint, an dies ille esset pro terminanda, an verò pro urgenda obligatione, si necdum sit festum S. Petri, debet hoc dubium mutuo consensu determinari. Si festum adsit vel præterierit, debet unus alteri proponere executionem, promissi, qui, si renuat, videtur etiam alter se liber, nisi aliunde præsumeretur voluisse etiam post illum diem permanere obligationem. Videri possunt *Tamb. l. 8. tr. 3. c. 2. §. 3. Krimer. à n. 77. & 81. Kugl. De Matr. à n. 56.* ubi agunt de verbis aut signis dubiis circa sponsalia & Matrimonium. Quomodo autem probari possit, vel unde præterea præsumi debeat contracta esse sponsalia, fusè tradit *Gob. à n. 89. & à n. 91.* agit de qualitate testium in hac materia.

Q. 19. Quid notandum sit circa arrhas, sponsalitiarum *134.*

largitatem, donum matutinum. *R. §. 1.* Arrha sæpe sumitur pro contractu, quo traditur pignus pro stabilienda obligatione ad non recedendum à facto contractu sub pœna amittendi tale pignus, *Omate de contr. tom. 2. d. 34. f. 1.* Nos hîc

per arrham intelligimus hoc, quod post sponsalia datur veluti pignus pro affecuratione Matrimonii futuri, L. *Arrhis*. Cod. De sponsal. Statuitur autem L. *Si is*, & L. *Mulier*, ibid. si dans arrham sine justa causa resiliat, ut eam amittat alter lucretur, si verò accipiens arrham sine justa causa resiliat, teneatur eandem restituere, tantundem in æquivalenti adjicere, imò etiam triplum aut quadruplum, nisi esset mulier minor 25. annis, tum enim tenetur restituere solam arrham. Injustè autem resiliens tenetur ad te sententiam restituere arrham, sed quod est supra arrham, videtur teneri, saltem si pars altera exigat, uti tenet *Aversf.* q. 8. f. 10. Alii volunt teneri absolutè, alii tantum post sententiam Judicis. E contra, si dans arrham stet promissio retinet suæ arrhæ dominium, potestque absque omni sententia Judicis statim repetere in Matrimonio, uti & tum, quando cum justa causa resilit, possuntque etiam parentes sponsorum sub eisdem conditionibus dare & accipere arrhas. Denique probabilius videtur arrhas potest in quacunque quantitate constitui, etiam in rebus immobilibus, etiam reciprocè, quia nihil horum per leges vetatur; Hæc & plura videantur possunt apud *Sanch.* l. 6. d. 27. & seqq. *Arr.* d. 1. & 36. *Aversf.* supra.

135. §. 2. Sponsalitia largitas est donum, quod post sponsalia traditur sponsæ, non velut in arrham, at tamen sub conditione saltem tacite Matrimonium sequatur, & non fiat fraus in parte, soletque aliis nominibus vocari jocalitium, dotalitium, mundus muliebris, donatio in nuptias, donum sponsaliticium. Unde si aliquid datur post sponsalia, & expressè non ad dandum

quod fit veluti in pignus & affecurationem, non erit arrha, sed sponsalitia largitas.

§. 3. De sponsalitia largitate statuitur *L. Cum veterum*, & *L. Si à sponso*. Cod. De donat. ante nupt. 136. ut si Matrimonium ex justa causa non sequatur, dominium illius maneat penes dantem; item ut sponsa, quæ post valida sponsalia passa est osculum (& multò magis si copulam) acquirat pro se & hæredibus suis dominium mediæ partis, quia ruborem istum vel incommodum subiit, & facta est in tantum vilior. Quod etiam post *Trid.* valere docet *Sanch.* l. 6. d. 19. n. 5. contra *Om.* d. 36. n. 58. quamvis enim osculum & copula illa sint peccata, tamen per ea deterioratur sponsa, ergo lex meritò potuit hoc in compensationem damni vel in pœnam peccati sponsi adjudicare sponsæ. Si autem Matrimonium consummatum fuerit, totum est uxoris quoad dominium & usum, quia est vera donatio transferens plenum jus, nec revocabilis, nisi ex causa ingratitudeinis, *L. Si mater*. *L. Si filie*. Cod. De donat. & communis cum *Sperell.* decis. 172. Præterea ille, qui absque justa causa resilit, perdit jus ad jocalia, & alter innocens acquirit dominium.

§. 4. In dubio, an aliquid sit arrha, an sponsalitium donum, *Gomez* putat præsumi debere esse arrham, quia semper est ob futurum Matrimonium. *Molin.* vult esse donum, quia est, ut sponsa ornatio evadat, aut ut sponsus tantò magis amorem conciliet. *Castrop.* d. 1. p. 13. §. 1. n. 3. cum aliis multis distinguit, & dicit censenda esse dona, si sint res non magni momenti, quales conjux etiam in Matrimonio donare solet conjugì; è contra si sint pretiosa & magni momen-

momenti, putat esse velut arrhas. Addit etiam, si alicubi consuetudo sit, ut ea, quæ sponsa mittit, non repetantur, quamvis sint pretiosæ censenda esse dona. Etiam *Sperell.* supra fun- discutit, quandonam præsumi debeat esse sponsalitia largitas, & quandonam quasi dos. Post suntque de sponsalitia largitate plura videnda apud *Sanch.* l. 6. d. 16. & seqq. *Omn.* d. 35. *Castrop.* supra.

138. §. 5. Si Titius ante sponsalia det Cajæ aliquid hoc non est arrha nec sponsalitia largitas, quia hæc debent sequi sponsalia, sed est donum conciliandum amorem, cujus dominium potest Cajæ acquirere sine ullo onere. Et quamvis Cajæ vicissim redonet aliquid Titio, per hoc non spondet Matrimonium, sed potest tantum vel se recognoscere liberalitatem Titii. Si tamen sciretur, quod Titius aliter noluisse à se abdicare dominium illius rei, nisi sub conditione secuturi Matrimonii, aut quia putabat esse verisponsalia, quæ assicurare voluisset Cajæ, hæc conscientia teneretur ei reddere, vel quia defuisset absoluta voluntas donandi, vel quia error circa substantiam dedisset causam donationi.

139. §. 6. Si sponsalia dissolvantur absque culpa utriusque sponsi, v. g. quia alteruter ingrediatur Religionem, moritur &c. sponsus itemque sponsa, quæ non est passa osculum vel copulam, debent omnia post sponsalia accepta restituere, quia acceperunt sub spe Matrimonii & ob illam causam, quæ cessante cessat omnis æquitas retinendum: è contrà si sponsa passa sit osculum vel copulam, retinere potest medietatem ab conditionem antè datam; si autem mutuo consentiantur

dissolvantur sponsalia, multi cum *Sanch.* do-  
cent, nihil posse retinere, quamvis osculum vel  
copulam admiserit, quia liberè cedit omni  
priori jure, sed *Castrop.* n. 17. probabilius dicit  
retinere posse, quia consentiendo in dissolutio-  
nem, tantum cedit priori contractu sponsa-  
lium, non autem jure ad illud, quod acquisivit  
amisso pudore.

§. 7. Qui innocens est, & ob alterius cul- 140.  
pam, v. g. fornicationem recedit à sponsalibus,  
acquit accepta, & justè reperit à se donata, uti  
antè insinuatum est, & in Jure habetur apud  
*Castrop.* n. 18.

§. 8. Donum matutinum seu morgengeba, 141.  
ut vocat *Haun.* De just. t. 1. tr. 4. c. 5. n. 330.  
est donum, quod maritus secundo die nuptia-  
rum dat uxori pro pudicitia vel virginitatis  
thesauro sibi credito. In Hispania & Lusitania  
datur etiam viduis, in Bavaria solis virginibus,  
aut quæ saltem in communi æstimatione, cum  
nuberent, habebantur virgines. Hujus doni  
dominium spectat ad uxorem, quæ etiam alie-  
nare potest inter vivos, sed quamdiu retinet,  
ususfructus spectat ad maritum, de quo plura  
videri possunt apud *Haun.* à n. 462. Circa dota-  
lia, contra-dotalia, aliæque bona conjugum  
videri possunt dicta l. 3. p. 1. à n. 1017.

Q. 20. An sponsalibus addi possint pacta. R. §. 1. 142.  
Affirmativè, & patet ex quotidiana praxi. In-  
ter cætera addi potest pactum, 1. ut vir perpe-  
tuò habitet in domicilio uxoris, *Castrop.* tr. 28.  
d. 1. p. 15. 2. Ut vir post mortem uxoris re-  
neatur restituere ejus hæredibus tot nummos  
in eadem specie, quot accepit, quamvis certò  
futurum sit, ut valor eorum sit tum notabiliter  
major,

major, quamvis enim hoc non liceat in mutuo in quo debet manere æqualitas, talis tamen æqualitas non requiritur in pactis dotalibus, si potest uxor, ad onera Matrimonii ferenda dare 1000., & vir liberè se obligare ad reddendū 2000., hoc enim faciendū censetur tantū augere dotem uxoris suæ, quod ipsi licitum est, uti probat *Lugo* in Resp. mor. l. 6. dub. 23.

143. §. 2. Quamvis *L. Si in stipulatus ff. De verb. oblig.* non valeat pactum, si sponsus dicat sponsæ, *ducam te, si donaveris mihi mille*, quia præsumitur intendere contractum ex libidine & turpi quæstu, tamen si absit præsumptio illa turpitudinis, & id petat causā dotis augendæ, vel propter inæqualitatem ipsorum, aut ex alia firmi li causa honesta, valebit, *Abb. Omn. d. 34. n. 19. Delb. c. 8. d. 19. f. 6.*

144. §. 3. Nobilis habens hæredes ex conjugio mortua licitè ducit secundam sub pacto, ut hæres & proles nascituræ abstineant à bonis paternis titulis, insignibus, & contenti sint certā dote sibi constituenda, nam l. 2. Feud. tit. 29. talia Matrimonia approbantur, & vocantur ad mortuam generaticam, de quibus videri potest *Krimer* ad l. 1. c. 556.

§. 4. Huc spectat solutio sequentis castus  
145. Titius non vult cum Caja Matrimonium, nisi addito hoc pacto; quod Caja renuntiet lucris Matrimonio, faciendis, quæ alioquin Jure communi dividenda essent inter ipsas, hæc enim lucra omnia vult Titius sibi & hæredibus suis cedere. Caja contractum in init seridè vel fictè *Queritur*, 1. Si seridè inièrit, an non possit contractum scindere. 2. Si iniit fictè, quid dicendum



*Re. ad 1.* Si serio inuit, non potest rescindere, non enim apparet, quo Jure vel privilegio id posset, nam potuit cedere illo jure per contractum, qui non repugnat Matrimonio, & quena liberè fecit acceptavitque Titius, *Sanch. l. 6. d. 5. n. 1.* Verum quidem est, quòd donatio liberalis à conjugè conjugifac̃ta fit semper revocabilis, sed hoc est ex dispositione Juris positivi & in Matrimonio tantum, ob causas, quas Jus affert, nempe ne ob amorem nimium exspoliet unus alterum &c. Jus autem nihil simile disposuit circa pacta dotalia, neque pro hoc casu eadem sunt causæ: imò *Sanch. n. 5.* docet uxorem posse in favorem viri, etiam in Matrimonio, renunciare lucris acquirendis, quia non ideo censetur alienare aliquid ex proprio patrimonio. Nec inde sequitur conditionem Cajæ fore velut ancillæ, nam gaudet cæteris privilegiis uxorum: & licet habeat sortem solito inferiorem, eam habet, quia sic voluit, & quia judicabat sibi melius esse etiam talem habere quàm non habere: mortuo autem Titio non erit miserior, quàm fuerit antequam haberet Titium, imò multam suppellectibilem aliàque cum bona gratia Titii secum auferet, ergo non habet, quòd de injuria ulla queratur. *Re. ad 2.* si fictè contraxit, imprimis nihil ipsam juvat fictio, quia ex justitia tenebatur serio contrahere, ergo injuriam fecit fictè contrahendo, ergo tenetur ad sarcienda omnia damna, quæ sequerentur ex fictione, seu ex non posito serio consensu. Si autem prætextu ficti consensûs vellet sibi clàm partem sublegere, damna illa sequerentur ex fictione, ergo teneretur illa sarcire, hinc jam obligatur sic agere, atque si consensum, uti ex justitia tenebatur, seri-  
 rium

rium posuisset. Deinde si Titius talem intentionem habuit, quod non consentiret in Matrimonium, nisi Caja conditionem illam acceptaret, consensus sic conditione non purificata positus esset nullus, adeoque Matrimonium foret invalidum, nec Caja posset aliquid pretendere ex iure per tale Matrimonium acquisiti: teneretur nihilominus Caja etiam nunc serio consentire ac resignare lucris, & facere, ut revalidaretur Matrimonium. Hæc quoad rem habentur apud *Lugo De iust. d. 22. l. 4. & Dicast. De juram. d. 2. l. n. 339.*

146. §. 5. Huc etiam reducitur solutio sequenti casus: Titius legat Cajæ nepti suæ 100. si nubat nobili de patria. *Queritur*, si nubat alteri, legatum perdat. *Responsum*. Negant aliqui, quia cum hæc conditio faciat quasi pœnam, & obstat libertati Matrimonii, censetur non adjecta. *Contra* ex illis, quæ dixi l. 3. p. 2. n. 600. & quæ habet *De Luca de Matr. disc. 14. iterumque de Trid. disc. 26. n. 37.* Caja perdit legatum, quia cum non agatur de pœna, qualis esset, si possetur conditio, ut alioqui careret legitima dote, sed agatur de mero lucro obtinendo, Caja hoc velit, debet conditionem implere: Neque hoc censetur impedire libertatem Matrimonii, cum sit liberum id lucrari vel dimittere, & maneat libertas eligendi unum ex tot nobilibus de patria.

De pactis dotalibus & aliis, quæ adungi possunt sponsalibus, fusillimè agit *Onn. d. 37.* videri potest.

147. Q. 21. An & quomodo pacta pœnalia sponsalibus adiecta obligent. *Responsum*. §. 1. Negant obligare *S. Thom. suppl. q. 43. a. 1. ad 4. Beja p. 1. cas. 1. Sanch. l. d.*

d. 30. n. 2. *Tamm.* tom. 4. d. 8. q. 1. n. 44. *Tamb.*  
 l. 8. tr. 3. §. 3. *Dicaſt.* d. 1. n. 36. *Onn.* d. 34. n. 15.  
*Tancr.* l. 1. d. 30. n. 1. *Kugler* p. 1. n. 42. *Averſ.* q.  
 8. f. 9. qui cum *Sanch.* d. 32. & aliis multis id te-  
 net, quam viſ adjectum eſſet juramentum. Ra-  
 tionem dant, 1. quia in *Cap. Gemma* 29. De  
 ſponſal. *Gregorius IX.* dicit, cum itaque libera Ma-  
 trimonia eſſe debeant, & ideo talis ſtipulatio propter  
 pœnæ interpoſitionem ſit merito improbanda, manda-  
 mus, quatenus ſi ita eſt, eundem B, ut ab extorſione  
 prædictæ pœnæ deſiſtat, eccleſiaſtica cenſurâ compellas.  
 2. L. *Titia* 134. ff. de verb. oblig. dicitur: inho-  
 neſtum viſum eſt vinculo pœnæ Matrimonia obſtringi, ſive  
 futura, ſive jam contracta. 3. L. fin. *Cod. De ſpon-*  
*ſal.* ſic habetur: extra definitionem autem hujus  
 legis (quæ erat de arrhis) ſi cautio pœnam ſtipu-  
 lationis continens fuerit interpoſita, ex utraque parte  
 nullas vires habebit, cum in contrahendis nuptiis libe-  
 ra poteſtas eſſe debeat.  
 §. 2. Ejuſmodi pacta pœnalia adjici poſſe & 148.  
 obligare, ſi quis ſine juſta cauſa rehliat proba-  
 biliùs tenent *Suar. Viſq. Côn. Laym. Barb. Perez,*  
*Engel, Wiſtn. Caſtrop.* d. 1. p. 9. n. 3. *Pont.* l. 12.  
 c. 19. *Dian.* p. 3. tr. 4. ref. 211. *Delb.* c. 8. d. 19.  
 f. 4. *Gob.* tr. 10. n. 172. *Hunold.* De juſt. tom. 1.  
 tr. 4. à n. 362. *Krim.* à n. 152.; & tandem in re  
 videtur conſentire *Onn.* à n. 27. ac abſolutè con-  
 ſentiunt *Mol. & Leſſ.* ſaltem ſi juramentum ſit  
 adjectum. Ratio eſt, 1. quia talia pacta pœna-  
 lia Jure naturæ honeſtè adjiciuntur contracti-  
 bus, uti conſtat ex dictis l. 3. p. 2. n. 606. nec in  
 ſponſalibus Jure positivo reprobandantur, nam le-  
 ges allatæ fundantur in hoc, ne Matrimonii li-  
 bertas impediatur, ſed hæc libertas non ideo  
 impeditur, quia libertas moralis non datur ad  
 Tom. VIII. E reſi-

resiliendum sine causa, quod enim est inho- & per  
 stum, hoc secundum leges est impossibile, & sti  
 leges non favent isti libertati, sed tantum addit  
 lunt non impediri libertatem ad resiliendum sponfa  
 sine causa, ergo leges illæ permittunt fieri si extr  
 etiam pœnalia ad non resiliendum sine causa pudiar  
 Per pœnas & censuras ecclesiasticas abster id nul  
 potest aliquis, ut sine causa non resiliat ab Obi  
 modi sponsalibus, nam Cap. *Ex litteris* 2. bet po  
 spons. de tali resiliente dicitur, *si non acquies* arhis  
*monitis, ecclesiasticis censuris compellas, ut in* contra  
*(nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat* tra inj  
 ergo similiter leges allatæ loquuntur tantum formi  
 casu, quo quis per pœnas adjectas impedire non pe  
 resilire cum causa, hanc enim libertatem uti ost  
 lunt non impediri, & quidem in Cap. *Gen* resilien  
 sermo est de sponsalibus inter pueros ante quam  
 pœnium contractis per parentes, uti fatem non ita  
 omnes cum *Sanch. n. 3.* à quibus, utpote quod n  
 dis non licet argumentari ad sponsalia ab ad dictis  
 tis validè contracta. 3. Arrhæ per leges §. 3  
 mittuntur, & per leges imponitur earum am quod n  
 fio, si quis sine causa resiliat à sponsalibus, rionale  
 patet ex dictis n. 134. ergo etiam pacta pœna salicio  
 permittuntur contra injustè resilientes. Si ad attemp  
 communiter fieri pactionem de pœna magi cum sta  
 solvenda pro futuro, arrhæ autem, quæ de pœna contra  
 senti dantur communiter sunt minores, ideoq; saltem  
 minùs impediunt libertatem, *Contra* est: en 606. I  
 saltem valebunt pacta pœnalia de pœnis mo senten  
 cis, & non valebunt arrhæ magni pretii, quæ esse irr  
 rum primum est contra plerosque Adversari se oblig  
 postremum contra omnes. Hinc rectè dicitur ritat p  
*Engel, & Delb. num. 10.* impossibile esse assigna nem, s  
 sufficientem rationè disparitatis quoad arr mittere  
 & p

& pœnas, cùm evidens sit istam arrhæ amittenda stipulationem habere rationem pœnæ. Et addit *Delb. f. 5. cum Krim. nu. 158.* adjici posse sponsalibus pactum de solvenda à marito pœna, si extra casus à jure concessos vellet uxorem repudiare, aut admittere concubinam &c. cùm id nullatenus impediatur libertatem Matrimonii.

*Obji.* Jus aliter loquitur de arrhis, & prohibet pœnas, nos autem similiter loquimur de arrhis & pœnis, nam dicimus neutras valere contra justè resilientem, & utrasque valere contra injustè resilientem, ergo non loquimur conformiter *Juri. R. n. conseq.* nam Jus etiam non permittit arrhas contra justè resilientem, & uti ostendimus, permittit pœnas contra injustè resilientem, ergo in nullo est nobis disforme, quamvis de pœnis contra injustè resilientem non ita clarè expresserit, sicuti expressit de arrhis, quod non erat opus, cùm satis colligeretur ex dictis de arrhis.

§. 3. Communior sententia est cum *Gutt. 149.* quòd non sit obligatio solvendi pœnas conventionales, quæ per leges adjiciuntur pacto sponsalicio, nisi post sententiam Judicis, qui illas attemperare potest secundum delictum & circumstantias, quamvis aliàs pœnæ adjunctæ per contractum debeantur ante omnem sententiam, saltem si alter exigat, uti dictum est *l. 3. p. 2. n. 606.* Imò *Sanch. & Omn. supra*, licèt cum prima sententia dicant pœnam sponsalibus adjunctam esse irritam, tamen putant, si soluta sit, non esse obligationem restituendi, quia lex tantum irritat promissionem pœnæ, non autem retentionem, eò quòd ille, qui dedit, præsumatur remittere, si non repetat.

350. §. 4. Si pœna solvenda ab injustè resili-  
promissa sit addito juramento, multò magis  
ligat etiam secundum plerosque authores,  
dicunt tale pactum pœnale esse irritum, uti res  
probat *Om. n. 18.* quia adjectio talis pœnæ  
est Jure naturæ irrita, nec contra bonos mo-  
naturales, ergo talis contractus firmatur isto  
juramento, uti dictum est l. 3. p. 2. n. 732. E  
trà si jurârint solvere pœnam, etiam si justè  
filirent, probabile est non obligari, non ex justit  
tia, quia promissio irritatur per *Cap. Gemma*  
neque ex religione, nam cum tale juramentum  
fit contra libertatem, quam in Matrimonio  
luit esse Christus, videtur esse contra bonos mo-  
res, adeoque non acceptari à Deo.

Qui plura volet de pactis dotalibus, etiam  
pœnalibus, consulat *Castrop. d. 1. pu. 9.* &  
item *Gob. à n. 170.*

351. Q. 22. Quid liceat sponsis. R. §. 1. *Busenb.*  
latus hic n. 57. citans pro se *Sanch. & Dian.* dicit  
illis non licere tactus impudicos, quia proximi  
disponunt ad effusionem seminis, attamen licet  
re amplexus & oscula in signum amoris. Respon-  
tus l. 3. p. 1. n. 387. sequens *Sanch. & Bonac.* dicit  
cit, licere illis tactus pudicos in partibus hu-  
nestis, si tantum intendant delectationem senti-  
tivam, non autem, si veneream. *Navarr. Sanch.*  
l. 9. d. 46. n. 47. *Gob. tr. 10. n. 670.* *Spor.* in  
mor. p. 1. tr. 1. c. 6. n. 41. dicunt oscula, am-  
plexus, & tactus non nimum ex objecto impu-  
dicos, & notabiliter non moventes ad libidi-  
nem licere illis, ac cohonestari per sponsales  
maximè si fiant ad bonum finem, nempe  
conciliandum vel contestandum amorem, etiam  
amisi præter intentionem & sechiso periculo con-

sens

sensus aut pollutionis, sequeretur commotio  
 sensibilis, quia habent jus remotum ad copu-  
 lam, ergo etiam ad illos actus, qui sunt remo-  
 ta dispositio ad copulam. Addunt aliqui apud  
 Mendo diss. 5. nu. 115. quod etiam tenet Gob. n.  
 671. in eo casu, quo sponsi essent habendi pro-  
 ximum austeris & inurbanis, nisi darent oscu-  
 la & amplexus, non fore mortale, quamvis ex  
 tali actu praeviderent orituram pollutionem,  
 dummodo illa non intendatur, & absit pericu-  
 lum consensu, quia tunc sufficiens causa est il-  
 la ponendi, quod autem ex illis sequatur pol-  
 lutio, putant esse per accidens. E contra Suar.  
 de peccat. d. 5. f. 7. n. 12. Less. Henric. Comit. Hurt.  
 & alii cum Mendo probabiliter dicunt, ista non  
 aliter licere sponsis, quam aliis omnino solutis  
 ideo enim non licent solutis, quia illis non licet  
 copula, atque etiam sponsis non licet copula,  
 ergo nec tactus, oscula, amplexus. Nec refert,  
 quod inituri sint Matrimonium, tum, quia  
 etiam alii soluti inire possunt, & forte volunt,  
 tum maxime, quia Matrimonium necdum est,  
 quod solum cohonestat talia in conjugibus, eo  
 quod his licita sit copula; sicut enim ex eo,  
 quod aliquis eras futurus sit Judex, non ideo  
 ipsi licitum est hodie obire munus Judicis, ita  
 & hic, & consequenter, sicuti solutis quando-  
 que licent oscula non impudica, v. g. propter  
 morem patriæ, ita & sponsis licebunt in signum  
 mutuae benevolentiae. Quod autem Busenb. di-  
 cit, licere illa sponsis, si tantum intendant de-  
 lectationem sensitivam, non videtur practice  
 probabile, uti dixi l. 3. p. 1. n. 895. & l. 5. n. 106.  
 quia ordinariè semper aderit certum periculum

consentiendi in delectationem veneream, quod  
simul erit conjuncta.

152. §. 2. Licitum esse sponso delectari de copula  
in Matrimonio habenda, docuerunt magistri  
apud *Moyan* tr. 3. d. 3. n. 68. Idem dixerunt  
qui de delectatione sub conditione, si adesse  
Matrimonium, uti refert *Moyan* n. 69. Præterea  
*Sanch.* d. 47. *Dian.* p. 3. tr. 5. ref. 2. *Gob.* n. 67.  
*Spor.* docent, licitum esse sponso, consensum  
ipsam copulam ut futuram, talis enim consensu  
suis saltem implicitus videtur includi in ipso  
contractu Matrimonii: unde etiam licitum esse  
dicunt desiderium illius; item, gaudium & delectationem  
rationalem de futura copula, quæ  
que delectatione capienda, cum enim ex ipso  
sponsalibus contractis talis copula & delectatio  
aliquando futura sit licita, voluntas videtur  
qui intellectum repræsentantem eam ut futuram  
licitam, & hoc nihil est aliud, inquit, quam  
gaudere, delectari de spe boni futuri, quæ  
spes præsens est, & licita. E contra *Suar.* supra  
*Castrop.* *Ovied.* de pecc. contr. 4. n. 50. *Dicastr.* *Moyan*  
à n. 88. *Avers.* q. 21. f. 8. §. ult. & alii, melius con-  
tradiciunt; quia licet intendat delectationem  
tantum spirituales, aderit periculum, vel consensu  
sensu in delectationem veneream præsentem  
vel desiderii pro præsentem, vel pollutionis, quæ  
omnia in sponso sunt peccata mortalia. Deinde  
non est in potestate nostra sistere in delectatione  
rationali, sed naturaliter simul oritur delectatio  
sensitiva, aliæque commotiones pravæ, ut  
constat ex dictis l. 3. p. 1. n. 910. in has autem  
facillimè consentiet voluntas. Præterea, qui  
delectatur copulam ut futuram, ferme necessarium  
delectabitur objecto turpi nunc illicito, & nunc  
intendit.



intentionaliter presente, uti rectè notant *Carden. & Less.* in auct. v. *Luxuria*, ergo, cum secundum dicta in l. 3. p. 1. n. 892. delectatio etiam merè spiritualis in objecto venereo, licèt præscindatur à commotione spirituum genitalium, semper sit mortale in homine soluto, talis delectatio, vel desiderium copulæ ut futuræ, in praxi non licebit. *Nec refert*, quòd objectum talis delectationis vel desiderii videatur esse licitum, cum sit copula in Matrimonio, nam est licitum conjugato, sed illicitum non conjugato, uti dixi l. 3. p. 2. n. 1025. Deinde quamvis objiceretur copula licita, adhuc manet, quòd delectatio in illa sit inchoatio copulæ, quæ hìc simul est cum commotione spirituum genitalium, & est illicita sponso: Et hinc etiam colligitur, cur fortè delectatio simplex comestionis carniùm in die jejunii non pugnet cum temperantia, uti tenent authores aliqui relati l. 5. n. 81. è contrà delectatio sponsi in copula futurâ pugnet cum castitate, nam disparitatem dant illi authores, quòd talis delectatio comestionis carniùm non causet effectum oppositum temperantia, quæ adhuc potest continere appetitum intra fines suæ honestatis, oppositum autem est in nostro casu, & ideo ibid. n. 90. dixi, quamvis ex parte objecti alicujus nulla esset malitia, attamen delectationem ex parte sui posse habere malitiam, sic enim solutus peccat mortaliter, si morosè delectetur de copula, quam licitè habent duo conjuges, quamvis copula illa conjugum sit objectum in se omnino licitum.

*Obi.* Sponsus licitè desiderat Matrimonium, & licitè delectatur in illo tanquam objecto honesto, ergo etiam licitè desiderat & delectatur

in copula, quæ est finis & usus licitus Matrimo-  
nii. R. Idem argumentum valet de omni etiam  
soluto non sponso, itaque n. conseq. nam de-  
siderando Matrimonium, & se delectando in  
honestate, etiam desiderat & se delectat in statu  
in quo licita erit copula, jam tamen illicitum  
ipsum desiderium vel delectatio immediatè de  
copula, cum hæc sit objectum jam ipsi illicitum

*Inst.* Saltem sponsus volens Matrimonium  
potest etiam efficaciter velle copulam suo tem-  
pore futuram, dummodo jam non delectetur  
ea, certum enim videtur posse aliquem efficaci-  
ter velle aliquod objectum, quamvis in eo  
delectetur, reus enim agnoscens se justè conde-  
natum, potest efficaciter velle patibulum  
quamvis in eo non delectetur. R. Hoc specula-  
tivè tantum dicitur in materia luxuriæ, nam mo-  
raliter impossibile est, quin simul delectetur  
copula intentionaliter præsentem: sed casu datur  
adhuc dico illicitè nunc velle eam immediatè  
in se, quia est objectum, jam ipsi turpe & illicitum,  
non aliter, ac cuicumque alteri homini  
luto; non item patibulum, suppositâ conde-  
natione justâ.

153. §. 3. Quamvis sustineretur, quòd delectatio  
rationalis, vel desiderium rationale copulæ  
futuræ licita esset sponso, tamen id sustineri non  
posset de delectatione vel desiderio appetitus  
sensitivi, & disparitatem dat *Sanch.* in decal. l. 1.  
c. 2. à n. 33. quia quamvis utraque sit de eodem  
objecto, tamen delectatio voluntatis sequitur  
cognitionem intellectus; delectatio appetitus  
sensitivi sequitur imaginationem phantasie  
jam verò intellectus videtur posse illam copu-  
lam proponere nunc sub conditione licitam, v.

si esset conjux, si esset status Matrimonii, ergo voluntas videtur per desiderium, vel per delectationem simpliciter tendere in eam, ut propositam sub tali conditione, per quam separatur ab omni malitia: è contrà, phantasia non potest apponere ullam conditionem, tum, quia in omni conditionali est quædam illatio, v. g. *si est homo, est animal*, nam æquivalet huic, *est homo, ergo est animal*, hoc autem non convenit phantasiæ, tum etiam, quia in ejusmodi conditionalibus est præcisio unius rationis ab alia, si enim quis appetat copulam cum aliqua, si esset sua uxor, hoc ipso, quod non sit uxor, & sit appetitus copulæ, debet ratio copulæ præscindi à ratione malitiæ, hoc autem non convenit phantasiæ, ergo delectatio appetitûs sensitivi non potest ferri in copulam sub conditione aliqua licita, ergo hoc ipso, quod nunc adsit delectatio appetitûs sensitivi, sic fertur in copulam absolute, quæ nunc est illicita.

*Obji.* Ergo etiam peccabit, qui delectationem appetitûs sensitivi habet in his objectis, v. g. si laicus imaginetur se Sacerdotem esse, & audire confessiones, si privatus imaginetur se esse Judicem, & aliquem justè condemnare ad mortem &c. deficiente enim conditione sacerdotii & potestatis publicæ hæc objecta sunt mala. R. negando seq. quia aliqua sunt, quæ specialem habent turpitudinem, si appetitus per delectationem sensitivam in ea feratur, talia sunt copula, vindicta, fraus & similia, sive est illicitum delectari de his per appetitum sensitivum, quando conditio non subest; è contrà alia sunt, quæ secundum se non important turpitudinem, sed potiùs sonant bonum, & de his etiam sensitivè delecta-

delectari, quamvis non subfit conditio, non censetur malum, tale quid est audire confessiones, esse Judicem &c. ratio à priori est, quia pro his objicitur aliqua ratio communis abstracta à licito & illicito, in aliis non item.

154. §. 4. Etiam in sententia eorum, qui dicunt sponsis licita esse aliqua, quæ non licent solutis, tenendum est ea non esse licita sponsis inter consanguineis, aut aliter impeditis, uti nec illis, qui sub aliqua conditione iniverunt sponsalia, quia dispensatione non obtentâ aut conditione non impletâ, necdum sunt absolutè & simpliciter sponsalia, ergo necdum est hoc, per quod authores illi dicunt talia cohonestari. *Sanch. l. 5. d. 5. n. 38. & 40. Avers. supra, Gob. 672. Spor. n. 180. & 262.*

155. §. 5. Si sponsus vel sponsa peccet contra fidem in sponsalibus datam, dixi l. 6. p. 2. n. 107. probabile esse, quòd non ideo contrahatur species malitiæ contra justitiam: & hoc etiam absolutè tenent *Avers. q. 8. f. 14. Matr. n. 73. Kirn. n. 184.* Oppositum tamen dixi etiam esse probabile, quod cum multis tenet *Kugler p. 2. n. 24.* quamvis in rigore non sit adulterium, cum non sit violatio tori sui vel alieni. Addidi n. 107. probabilius videri, quòd accedat species infestis, si sponsus cognoscat sororem suæ sponsæ. An autem peccet sponsus, si cum sponsa in peccato mortali constituta contrahat Matrimonium, dixi l.

6. p. 1. n. 147.

## DUBIUM III.

156.

## Quomodo dissolvantur sponsalia.

Resp. I. Dissolvuntur sequentibus casibus, »

I. Per Matrimonium validum cum alia »  
initum, *Bonac. q. 1. p. 7.* »

II. Per mutuum consensum, sicut quivis »  
contractus, *Laym. l. 5. t. 10. p. 1. c. 2. n. 1.* »

III. Si superveniat impedimentum diri- »  
mens Matrimonium, *Bon. p. 8. n. 5.* »

IV. Per atrox crimen alterius sponsi, solvun- »  
tur ex parte innocentis: quale censetur, »

1. Fornicatio, sive spiritualis, ut hæresis, »  
sive corporalis, tam sponsi, quam sponsæ, post »

sponsalia, & sponsæ etiam ante illa, sed à spon- »  
so ignorata, licet per vim facta, *Bon. p. 8.* Imò »

si sponsa permittat se tangi impudicè ab alio »  
per oscula & amplexus, potest sponsus resilire »

à sponsalibus, sed non viceversâ, quia etsi »  
sponsus id faciat, non est dedecus sponsæ, nec »

mutatio alicujus momenti, *Regin. Sanch. Dia. p. 3.* »  
1. 4. R. 283. Limitat autem *Kon. & Laym.* nisi ta- »

lia oscula & tactus sint ita frequentes, ut indi- »  
cent valde propensum sponsi animum in alte- »

ram, ut meritò timeri possit, ne sponsæ non sit »  
fidem servaturus. Si autem uterque sponsus »

fornicetur post sponsalia, neutrum posse resi- »  
lire docet *Palaus & Bonac.* contra *Kon. Regin. Sanch.* »

*Laym. Pont.* qui soli viro id eo casu permittunt, »  
eò quòd delicta sint imparia, & longè gravius »

damnum immincat ipsi propter incertitudi- »  
nem prolis, *Dia. R. 284.* »

2. Furtum grave, homicidium, &c. vel si- »  
mile, quod grave damnum, vel infamiam pa- »  
riat, *Bon. p. 8. n. 12.* »

V. Si

» V. Si notabilis mutatio accidat vel detegatur, quæ si à principio cognita fuisset, à sponsalibus deterruisset; qualis esset v. g.

» 1. Inimicitia vel odium grave inter sponsos. Quòd refertur morum asperitas vel sævitia post sponsalia primùm cognita: item justus timor ne ex Matrimonio scandala & gravia odia nascantur inter parentes vel consanguineos. *Lay. c. 1. n. 78. Bon. n. 8. &c.*

» 2. Si alteruter incidat in lepram, paralyticum morbum gallicum &c. si graviter mutetur, amissione oculi, nasi, vel aliter graviter defectum, præsertim sponsa, vel sponsus reddatur ineptus ad opificium exercendum vel acquirendum officium ad sustentationem familiæ necessarium, *Dia. R. 85. ex Sanch. l. 1. de Matr. d. 57. Kon. d. 23. d. 8. Lay. & Bon. ll. cc.* Non tamen tenetur sponte aperire tales defectus, qui non dant nuptias minùs quidem appetibiles, non tamen perniciosas; præsertim si aliquam infirmitiam habeant adjunctam, (v. g. si sponsa vel sponte fuisset corrupta,) dummodo tamen contrarium positivè verbo factove non firmaverit; potestque interrogatus licitè dissimulare & contrahere Matrimonium. Si verò defectus sint perniciosi, v. g. morbus contagiosus, gravitas infamia, sive personalis sive generis aut famulæ, non licet (etiam si post sponsalia contraherent in eos inciderit) contrahere cum eorum ignorantia, nisi similes defectus ipse patiatur, *Con. Pont. Dia. R. 287. Ubi ex Con. & Sanch, contra Pont. & par. &c. infert;* sponsam post sponsalia corruptam posse sponsum, defectus istius occurrere ignorantem, cogere ad standum sponsalibus, & contrahendum Matrimonium.

3. Si magna alterius debita detegantur, vel  
grave sit periculum fortunarum, famæ, morbi,  
paupertatis &c. vel sponsa dotem promissam  
asserere nequeat, vel denique si sponsus incipiat  
vagari cum incommodo sponsæ, *Bon. l. c.* Quod  
si autem defectu sponsæ defecto dubitet spon-  
sus, an si eum ab initio cognovisset, contractu-  
rus fuisset, tum si defectus ille censeatur gravis  
ac notabilis, præsumetur pro sponso, cui libe-  
rum erit resilire, *Sanch. Bon. Tancred. t. 1. l. 1. d. 65.*  
secus, si defectus sit levis, *Bard. l. 6. c. 11. p. 7.*

VI. Si alter sine alterius licentia proficiscatur  
in terram longinquam, quia censeatur renuntia-  
re suo juri, *Layman. l. c. Bonac. p. 6.*

VII. Si sint inita cum conditione certo tem-  
pore contrahendi Matrimonium, liberatur ob-  
ligatione is, per quem non stetit, quod minus sit  
contractum, *Layman. n. 16.*

VIII. Solvuntur, licet sint jurata, per susce-  
ptionem Ordinis sacri, vel ingressum alterius  
in Religionem, aut votum eam ingrediendi,  
*Laym. l. c. Bonac. p. 5.* Nec obstat, si hinc postea ad  
sæculum redeat, ut docet *Sanch. l. 1. d. 24.* licet  
*Præpositus Fill. & alii* putent talem ex parte sua  
prioribus sponsalibus teneri, uti etiam ad  
damna resarcienda sponsæ, si quæ passa esset.  
Unde non posset ingredi Religionem, si spon-  
sam deslorâssêt, nec aliter quàm per Matrimo-  
nium posset resarcire damnum. *v. Dian. R. 207.*  
*Bon. l. c.*

IX. Probabile est solvi etiam per votum sim-  
plex castitatis, ut docet *Suar. Azor & alii* cum  
hoc sit de meliore bono; etsi contrarium doce-  
ant *Fill. Sanch. Kon. & alii*: eò quod Deus non ac-  
ceptet promissionem rei alteri promissæ, & in  
alte-

alterius præjudicium. Unde etiam in foro  
terno talis solet compelli, ut vel fidem serve  
vel intret Religionem. Interim post tale votum  
alteri parti datur jus sponsalia solvendi, &  
quòd vovens resilièrit, & censeatur juri su  
renuntiâsse. v. *Bon. p. 5. n. 13.*

X. Per Matrimonium validum dissolvitur  
saltem quoad eum, qui non contraxit Matrimo  
nium; quoad eum verò, qui contraxit, non  
extingui obligationem, si aliter expectet, sed  
suspendi, & Matrimonio isto soluto teneri ad  
implenda sponsalia priora, docet *Pont. con  
tra Sanch. qui vult omnino dissolvi. v. Dian.  
R. 209.*

XI. Si sponso nova superveniat hæreditas,  
ita ut illi sponsa jam sit inæqualis, non habet  
ideo jus resiliendi, quia non est deceptus in  
conditione sponsæ, in qua nulla facta est muta  
tio. Idem est de sponsa, si ipsi hæreditas nova  
superveniat, *Sanch. Kon. Regim. Dian. R. 286.*

Resp. II. In supradictis causis, quando mat  
festæ sunt; non requiritur auctoritas Judicis ad  
dissolvenda sponsalia; alioqui requiritur. Quod  
si sponsus cognito suo jure resiliendi nihil omis  
nus carnaliter cognovit sponsam, censeatur ra  
tione suo juri renuntiâsse & sponsalia ratificasse  
*Laym. n. 23.*

## A D D E N D A.

157. **Q**uest. 23. Quid prætere sit notandum circa dis  
solutionem ex mutuo consensu. Bz. §. 1. Certum  
videtur contra paucos apud *Avers. q. 8. f. 1.*  
sponsalia puberum posse dissolvi mutuo consen  
su, quia, per se loquendo, omnes res, per quas  
quod



que causas nascitur, per easdem dissolvitur. Reg. 1. De reg. Jur. Et idem dicitur Cap. 2. De sponsal. singuli enim possunt cedere juri suo. Quod tenet, etiam si adjectum esset juramentum aut votum etiam principaliter in honorem Dei, uti, si aliquis ex pietate jurasset ducere hanc pauperem puellam, ne innupta veniret in pericula animæ, sicuti enim in sponsalibus semper imbibitur illa conditio, nisi ab illo, cui spondeo, remissa fuerit obligatio, ita & in juramento vel voto illis adjecto. Deinde mutuo consensu tollitur obligatio contracta in gratiam alterius, quæ obligatio est materia juramenti, sublatâ autem materiâ juramenti tollitur juramentum: præterea Deus non acceptat, nisi in gratiam sponsæ, ergo si sponsa remittat, absolvitur sponsus, Castrop. d. 1. p. 17. n. 4. Dian. p. 9. tr. 7. ref. ult. Avers. §. quinto, Gob. tr. 10. n. 251. Spor. n. 196. Krim. n. 229. contra alios. Nec obstat 1. quod n. 107. dixerim eum, qui sponsalia ex metu levi inita, juravit, ex religione teneri observare, donec juramentum dispensetur vel relaxetur, nam juramenta sponsalium imbibunt conditionem, si sponsus vel sponsa non remittat, quod in hoc casu non fit, qui enim metu coëgit, non remittit, sed pergit urgere, uti supponitur. Nec obstat 2. quod n. 114. dixerim sponsalia impuberum jurata obligare, quamvis pars altera remitteret, nam Jus dispossuit, ut remittere non possit, secundum dicta n. 113.

§. 2. Sponsi, qui sine rationabili causa etiam 158. mutuo consensu dissolvant sponsalia, præsertim jurata, videntur peccare venialiter, est enim levitas sine causa resilire à fide data, Gob. n. 256.

§. 3. Si unus absque justa causa petat relaxatio- 159. nem

nem sponsalium , potest alter exigere aliquo munus , seu pecuniam in compensationem ; autem ille petat cum iusta causa , alter nihil potest exigere , quia ille jus habet ad dissolvendum nec æquum est , ut emat rem suam , Gob. n. 249.

160. §. 4. Si alteruter non liberè consentiat , sed fraude , metu , vel aliter injustè inductus dissolvat sponsalia , dissolutio est invalida , quia haec remissio est quædam species donationis , quæ debet esse liberalis & libera , Avers. & Spor. supra Gob. n. 258. Et ex dictis resolvitur sequens casus.

Titius contraxit sponsalia cum Caja , sed intendens sibi affulgere spem connubii cum Semproniam ditiores , abstinuit quidem à sponsalibus cum Semproniam contrahendis , attamen non recurrit , ut solebat , ad Cajam , sed mensibus decem ab ejus consortio abstinuit , scriptis quibusdam doque ad eam litteris hinc inde querulis , captans saltem indirectè hac ratione occasiones dissolvendi sponsalia cum Caja , quæ etiam audiens , quòd cum Semproniam familiariter ageret , arrham ei remittit , liberumque relinquit facere , quod velit , exprobratâ durius ei suam fidelitate , desuperque conscientiam gravatam.

*Queritur* , an Titius peccarit , & sponsalibus dissolutis tutò possit inire nova cum Semproniam. R. 1. Titius , per se loquendo , peccavit mortaliter , quia egit contra jus magni momenti Cajæ acquisitum per contractum , cujus obligationem , si liceret etiam indirectè ita tollere , vix ulla sponsalia possent manere firma. Ne causa resiliendi sufficiens videtur esse præter sponsa melior , cum per hoc status primæ mutetur , neque notabiliter variantur circumstantiæ priorum sponsalium , suppono

rem, quod & cum Caja juxta statum suum commodè vivere possit, quamvis fortè minùs commodè. 2. Caja dicens, se onerare conscientiam Titii videtur significare, quod non cedat jure, sed tantùm nolit convenire in foro externo, unde Titius manet obligatus, nisi Caja ob hanc fortè offensam liberè remittat jus suum, & debet de hoc se certiorare Titius, cum jus Cajæ sit in possessione. 3. Caja acquisivit jus ad arrham, quia Titius sine culpa Cajæ resiliit, & sine causa, unde si Caja ideo reddidit, quia putabat se teneri reddere, erravit, & noluit reddere, si non tenebatur, ergo cum non teneretur, noluit à se abdicare, unde Titius tenetur ipsi reddere, sicuti si solvissem pecunias putans me debere, cum non deberem, non exui me dominio, sed alter teneretur mihi restituere. Potuit tamen Caja absolutè velle reddere, v. g. ut se generosam ostenderet, nolens aliquid ab illo habere, de qua mente Cajæ tenetur se iterum certiorare Titius, cum jus Cajæ sit in possessione.

Q. 24. *Quid addendum sit circa dissolutionem ob crimen.* R. §. 1. *Armill.* & alii dicunt, sponsalia non rumpi per illatam sponsæ à tertio vim seu stuprum, quia, si essent conjuges, non ideo separarentur toro, nec per hoc violata est fides, nec ideo præsumi potest periculum ejus violandæ. Opposita sententia, quam communiter tenent Theologi & Juristæ cum *Sanch. l. 1. d. 55. n. 7. Avers. q. 8. f. 14. Matr. n. 84. Krim. n. 309. Kugler p. 3. n. 83.* est probabilior, & colligitur, ex *Cap. Raptor. 27. q. 2.* Ratio autem est, quia sponsa per hoc est reddita notabiliter vilior, tum maximè, quia sponsus exponeretur periculo alendæ alienæ proles, quod subire non tenetur.

Tom. VIII.

G

netur.

netur. Quæ rationes non tenent, si sponsus metu gravi cogeretur fornicari, hinc communis cum *Sanch.* n. 8. tenet, non ideo posse resiliere sponsam. Si tamen hæc propterea horrore haberet ab hoc sponso, *Krim.* n. 310. dicitur esse cogendam ducere.

162. §. 2. Si uterque post sponsalia fornicetur, quid Authores dicant, refert *Busenb.* supra, & plures pro singulis sententiis adducit *Avers.* & *Porrò.* Ratio autem eorum, qui dicunt cum *Uac.* neutrum posse resiliere, est, quia delictum unius compensatur per delictum alterius. *N.* refert, quòd delictum sponsæ censetur gravius, nam adulterium uxoris etiam censetur gravius, & tamen, si tam vir quàm uxor adulterantur, delicta se compensant, & non fit divorcium. Ratio eorum, qui dicunt, solum sponsum posse resiliere, est, quia in sponsa est hoc fœdus, quæ fit notabiliter vilior, & quia fit incertum, cujus sit futura proles. *Castrop.* d. 1. p. 21. *Ar.* *Krim.* n. 312. *Kugler* p. 3. n. 89. probabilius dicunt utrumque posse resiliere, quia uterque violat fidem, ergo uterque dat alteri jus resiliendi. Et sponsum posse rejicere sponsam fornicariam non obstante vinculo juramenti, deciditur *Cap. Quemadmodum 25. De jurejurando.*

163. §. 3. Si adsit sola præsumptio commissæ fornicationis, uti si sponsa frequentet domum mulieris, cum quo scitur peccasse ante sponsalia, *M.* *noch.* apud *Gob.* num. 329. putat hoc sufficere ad dissolvenda sponsalia, sed oppositum est probabilius, nam præsumptio illa fieri non debet, quia delicta non præsumuntur, ergo sponsalia manent in possessione. Poterit tamen suspensio

Matr  
quan  
§.  
ab ali  
Ponti  
spons  
ejusim  
Krim  
actus  
riculo  
moni  
§.  
est fut  
riè ob  
formi  
fertim  
perve  
§.  
resili  
308.  
obstat  
sed ve  
te obl  
juriar  
ne ab  
Q.  
nes, q  
aliis  
regul  
notat  
prævi  
utico  
hæc r  
prom  
indiff

Matrimonium, donec facta sit inquisitio, & quantum fieri potest, sit comperta veritas.

§. 4. Si sponsus resciat sponsam admittere 164. ab alio ractus vel oscula impudica, secundum Pontium potest resilire, id tamen negat licere sponsæ, si sponsus ista faciat: limitat Laym. nisi ejusmodi actus essent frequentes, sed Castrop. & Krim. dicunt similiter licere sponsæ, quia hi actus denotant levem animum sponsi cum periculo minoris etiam post contractum Matrimonium amoris erga sponsam.

§. 5. Si unus sponforum incidat in hæresin, 165. est sufficiens causa resiliendi, (imò & ordinariè obligatio) si enim sufficiat superveniens deformitas corporis, multò magis animæ, præsertim cum ordinariè habiturus sit periculum perversionis in se vel in prolibus, Krim. n. 314.

§. 6. Solus ille, qui injuriam passus est, potest 166. resilire, non autem alter, Avers. l. 4. & 14. Krim. 308. & colligitur ex dictis l. 3. p. 2. n. 641. Nec obstat, quòd sponsalia non possint claudicare, sed vel debeat esse ex utraque, vel ex neutra parte obligatio, nam hoc dato, saltem ille, qui injuriam fecit, tenetur ex sua simplici promissione ab altero acceptata.

Q. 25. Quid notandum sit circa varias mutatio- 167. nes, quæ fortè superveniunt. R. §. 1. Quamvis in aliis contractibus onerosis non admittatur se regula, quòd licitum sit resilire, si superventis: notabilis difficultas vel causa, quæ si non prævisa fuisset, contractus non fuisset, ut in uti constat ex dictis l. 3. p. 2. à n. 620. donec hæc regula ordinariè valet in sponsalibus, promissio Matrimonii, quod inducit vincu quòd 171. indissolubile, requirit majorem libertate, endi

neque intentio spondentis censetur se excedere  
 se ad casum ita difficilem, *Navarr. Henriq. Sanch.*  
*Castrop. d. 1. p. 28. n. 6. Avers. q. 8. f. 14. Gob. tr. n.*  
*n. 310. Spor. n. 215.* Notandum tamen est, quod  
 sponsalia communiter non fiant, proprie lo-  
 quendo, sub hac vel simili conditione, si mu-  
 tatiarius mutatio, nec proprie loquendo imbu-  
 bunt talem conditionem, sed sunt absoluta, &  
 ab initio valida, ideoque afferunt publicam ho-  
 nestatem, & etiam tribuunt uni jus alterum ob-  
 ligandi cum potestate remittendi eam obliga-  
 tionem, quod non facerent, si ab initio non  
 essent absoluta & valida, nihilominus semper  
 reservatur facultas illa rescindendi, si aliquando  
 interveniat, vel innotescat, quod communiter  
 habetur pro justa causa dissolutionis, hinc  
 quando post contracta sponsalia inconveniens  
 aliquod notabile, quod a principio existens im-  
 pediret ea contrahi, supervenit, praebet iustam  
 dissolvendi causam, quia rebus notabiliter mu-  
 tatis promissio non obligat, etiam si esset jurata  
 Cap. *Quemadmodum* 25. De iurejurando, Sanch.  
 l. 1. d. 62. a num. 3. *Avers. §. Tertio* iuramentum  
 enim includit exceptiones, quas includit con-  
 tractus, cui adjicitur, secundum dicta n. 177.  
 §. 2. Si dubium sit, an mutatio sit talis, ut  
 praevisa fuisset, impedivisset sponsalia, inter-  
 veniens, debet ille, qui resilire vult, an, si eo ten-  
 deret, hoc ipsi dictum fuisset, noluisse contractu-  
 m. *noch.* affirmanti autem vel neganti, maxime  
 si iuramentum, credi debet, *Sanch. d. 1. d.*  
*Fill. Laym. Gob. a n. 299. Spor. n. 215.* Unde  
 quia nihilominus contraxisset, nunc non pos-  
 solvere post cognitam illam causam, quod  
 non dedit causam contractui, nulla

168.  
165.

facit r  
 lam ca  
 2. Ca  
 Si aut  
 fuisses  
 si dese  
 cturu  
 §.  
 rum,  
 337.  
 ta, q  
 dia o  
 esset i  
 si fit c  
 parem  
 fiant  
 Sanch.  
 nent  
 non f  
 cessan  
 130. c  
 bile p  
 quae  
 nere  
 §.  
 curat  
 secur  
 fa fut  
 imm  
 sed p  
 fit ca  
 posse  
 met  
 §.  
 fete

facit mutationem respectu consensûs, qui ad illam causam non attendebat, *Mol. Sanch. d. 65. n. 2. Castrop. p. 29. n. 2. Tamb. tr. 4. c. 5. §. 9. nu. 5.* Si autem nunc ipsemet dubitas, an contracturus fuisses, necne, *Leand. apud Tamb. num. 3.* dicit, si defectus sit gravis, præsumi non fuisse contracturum, secus, si levis tantum.

§. 3. Inimicitia ortæ inter parentes sponso-<sup>169.</sup>rum, sunt causa sufficiens dissolvendi, *Gob. num. 337. Spor. n. 216.* Si inter sponsos ipsos sint ortæ, qui fuit causa, tenetur prius adhibere media ordinaria ad pacem reducendam, alioquin esset injusta causa dissolutionis, *Spor.* Similiter si sit certum periculum, & prudens timor, ne parentes sponso-<sup>rum</sup> propter Matrimonium fiant inimici, est causa sufficiens dissolvendi, *Sanch. d. 14. n. 3. Tamb. Busenb. Spor. supra.* Momentamen saepe apprehendi tales timores, ubi non sunt, inito enim Matrimonio saepe statim cessant omnia. Et rectè notant *Perez & Gob. n. 130.* quando non est certum, sed tantum probabile periculum gravium malorum, aut damna, quæ timentur, non sunt manifestè gravia, manere vim sponsalium, quæ in possessione sunt.

§. 4. Vehemens suspicio morbi gravis & incurabilis, item prudens metus exheredationis, secundum *Pontium, Tamb. Spor. à n. 217.* sunt causa sufficiens dissolvendi, quia nemo tenetur se immittere in grave onus morbi vel paupertatis: sed probabilius videtur oppositum, quia, si non sit causa manifestè justa, sponsalia manent in possessione, ergo saltem expectandum, donec metus ille depellatur.

§. 5. Putant *Sanch. Pont. Spor. n. 271.* quòd<sup>171.</sup> scetens halitus sit sufficiens causa dissolvendi

sponsalia, quia valde onerosum est illum debere perpetuo tolerare. Docent iidem cum *Casoprop. Illf. Kugl. p. 3. n. 101. contra Covarr. Lep. Gob.* etiam sufficientem causam esse, si sponsa è pu-  
 cherrima fiat notabiliter deformis, quia materia Matrimonii multum æstimatur per  
 chritudo, hinc *Cdm.* putat etiam sponsam posse  
 resilire, si sponsus fiat horribiliter deformis.  
 Addit *Gob. n. 305.* causam sufficientem esse, si  
 sponsus, qui laborare deberet, comperitur  
 habere herniam, sed in his aliisque similibus  
 tendi debent circumstantiæ, an non, quam  
 hæc fuissent ab initio, illis non obstantibus  
 set contracturus, uti antè dictum est.

172. §. 6. Si uterque sponsus in æqualem paup-  
 tatem incidat, docent *Bonac. Tamb. Spor. n. 211.*  
 utrumque posse resilire, quia est notabilis muta-  
 tio, nec dari potest compensatio paupertatis  
 unius cum paupertate alterius, cum neutra  
 quid afferat. E contra *Rebell. Pont. & alii* dicunt  
 tenere sponsalia, quia manent, uti fuerunt  
 omnia æqualia: utraque sententia est probabi-  
 lis, prima tamen videtur probabilior, quia mo-  
 ritò posset alteruter sponforum jam nolle Matrimo-  
 nium, cujus onera ob paupertatem presen-  
 tem sustineri non possent; si tamen alteruter  
 adhuc vellet Matrimonium cum simili persona  
 teneretur priorem ducere, *Avesf. §. Quart.*

173. §. 7. Plerique cum *Busenb. Krim. n. 313. Kug-  
 ler p. 3. n. 107.* dicunt, si unus repente fiat mu-  
 to ditior vel honoratior, non ideo posse resilire,  
 quia alter per hoc non est factus deterior, sed  
 mansit, qualis erat, & ideo etiam non potest  
 resilire sponsus, etiamsi offeratur ipsi alia ditior.  
 contra *Amic. Hurtad. Illf. & alii apud Gob. n. 341.*



dicunt priorem posse resilire, quia mutatio illa in ipso facta causat inæqualitatem, qualis si fuisset initio, utique non contraxisset. *Perez. d. 9. f. 11.* distinguit, putatque resilire posse, si iniens sponsalia habuit reflexionem ad æqualitatem opum vel honorum, è contrà, si sine reflexione ad ista propter aliam causam contraxerit, quæ etiam nunc maneat, dicit non posse resilire. *Tamb. §. 8. n. 15. & Gob. supra* nolunt iudicium suum ferre de his sententiis. *Leand. apud Tamb. simpliciter* dicit utramque esse probabilem, *Spor. n. 218.* sapienter, ait, consulendum esse alteri, ut non multùm repugnet dissolutioni ob pericula dissensionum in Matrimonio sic quasi coactò, ideòque potiùs petat aliquid in compensationem.

§. 8. Si unus sponforum incipiat, & etiam <sup>174.</sup> invitus pergat ita abhorreere ab altero, ut ferò & ex iudicio conscientie dicat, se malle quidlibet pati, quàm inire illud Matrimonium, *Gob. n. 337.* dicit esse causam sufficientem dissolvendi sponsalia, quia ex tali Matrimonio sequentur discordie; sed magna hinc cautela est opus, ne detur cuivis occasio tale quid apprehendendi vel constringendi, & inquirendum in initia & causas talis aversionis, potest enim esse ab inani- bus phantasiis, quæ inito Matrimonio statim dissipabuntur, uti experientia sæpe docuit. Quòd si esset ex quodam vilipendio sponsæ, quæ admisset copulam cum sponso, certum est ejusmodi aversionem sponsi non sufficere ad dissolvenda sponsalia.

§. 9. Si sponsa, quæ à sponso non putabatur <sup>175.</sup> esse pauper, dotem non afferat, quamvis de hoc non sit facta mentio, erit causa sufficiens dissol-

vendi sponsalia, quia in omni actione nuptialium includitur promissio dotis, nisi sponsa sciatur esse pauper, receptum enim est, mulierem nubentem omnia bona sua in dotem promittere, quamvis hoc non exprimat, *Castrop. p. 28. n. 7. Gob. n. 339. Krim. n. 318. contra Mascard. Barb. & alios.*

176. §. 10. Si omnibus consideratis causa dissolvendi sponsalia maneat dubia, accedere debet iudicium & declaratio Superioris ecclesiastici, *Sanch. d. 69.* De cetero, pro foro conscientiarum sufficit moralis certitudo, ut dissolvantur etiam propria auctoritate, *Sanch. d. 63. Castrop. Hurral. Tamb. c. 5. §. 9. n. 7. & 8.*

177. Q. 26. Quid notandum sit circa causas vel defectus ignoratos. *Rx. §. 1.* Causa vel defectus, qui, si fuisset cognitus, impedivisset sponsalia, quamvis antecesserit, si fuit ignoratus, & postea innotescat, adhuc dat jus ea dissolvendi, quia paria censentur non esse & non apparere, *L. De lege. ff. de contrah. empt. & ideo etiam paria sunt, aliquid supervenire & præcedere ignoranter, res enim dicitur fieri, quando primum innotescit, Sanch. l. 1. d. 63. n. 2. Less. l. 2. c. 42. dub. 9. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. Mastr. n. 86. probatque Sanch. n. 7. hoc valere, quamvis adjectum sit iuramentum, nam secundum antea dicta, consensus dabatur cum implicito quasi pacto, si mutatio non superveniret, *Gob. n. 205. Spor. n. 219. notatque Sanch. d. 67. non esse opus petere dispensationem vel relaxationem ejusmodi iuramenti, quia non impletâ hac quasi exceptione non obligat. Et in omnibus consentiunt plures cum Avers. q. 8. l. 15.**

178. §. 2. Si sponsus post sponsalia prius intelligat sponsam fore ineptam generationi, voluit au-

eam talem, quæ esset apta, resiliere potest, quia defectus notabilis est detectus, *Gob. n. 344.* Porro *Aristoteles* putat ineptam esse, si sit 50. annorum. *Albertus M.* si sit 45. sed attendenda est complexio, & naturalis vigor.

§. 3. Si prius postea innotescat, quod non habeat insignia nobilitatis, quæ habere eam putavit, etiam est notabilis defectus, præsertim in Germania rariorum prolium ad certos canonicatus vel comitia admittendarum, ideoque poterit resiliere, *Gob. n. 345.*

§. 4. Si postea innotescat, quod sponsus ante sponsalia sit fornicatus, *Navarr.* putat sponsam posse resiliere, uti sponsus potest resiliere, si innotescat sponsam tum esse fornicatam, uti habet communis, cum *Mastr. n. 84.* sed oppositum probabilius tenent, *Sanch. Castrop. Avers. q. 8. f. 15. Mastr.* quia vitium illud est minoris æstimationis in sponso, è contrà reddit sponsam longè viliolem. Si tamen sponsus ex fornicatione haberet prolem, sponsa posset resiliere, tum quia Matrimonium per hoc redditur notabiliter difficilium propter obligationem alendæ illius proli, tum quia hoc communiter dat causam discordiarum, *Con. Castrop. Krim. n. 312.*

*Obij. Cap. Quemadmodum, De iure jurando* sic habetur: *Si quis juraverit se ducturum aliquam in uxorem, non potest ei opponere fornicationem præcedentem, sed subsequentem, ut illam non ducat in conjugem.* Et textus loquitur de fornicatione præcedente, & cognita ante sponsalia, uti *Gloss. & DD.* ibi notant.

§. 5. Est obligatio manifestandi talem defectum, propter quem Matrimonium alteri parti futurum esset notabiliter difficilium, alioquin

fit illi injuria, dum imponitur onus, in quo non consentit, *Gob. n. 367. Spor. n. 219.* meriti addens cum *Gob. n. 374.* talem defectum in sponsa esse, si sit imprægnata ab alio, uti dicitur in 183.

182. §. 6. Si unus sponzorum laboret vitio occulto non afferente speciale incommodum, quod tamen, si resciretur, daret justam causam dissolvendi sponsalia, uti si sponsa ante, vel alterum post sponsalia fornicatus sit, ordinariè potest tacere, sponsalia contrahere, vel post contractum alterum cogere ad Matrimonium, quia, quamvis alter posset ob ejusmodi defectum, aut in pœnam fractæ fidei ei non servare fidem, tamen talem pœnam non tenetur in se exequi, uti praxi probat, nec Confessarii ad hoc obligant, esseque nimis durum obligare ad ita se diffamandum vel abstinendum à Matrimonio, *Sanch. l. d. 68. n. 8. Dicast. Perez, Avers. f. 19. Burgh. cent. 2. cas. 20. contra Sotum.* Et similiter dicam in 372. adulterum posse tacere, & pergere petere debitum, quamdiu enim ignoratur talis defectus, injustè negaretur Matrimonium vel debitum, ergo cum alter non teneatur se manifestare, non peccat petendo hoc, de quo conventum est. *Nec obstat*, quòd ementi fiat injuria, si reticeatur vitium mercis; quo cognito non fiet emptio, nam ex dictis l. 3. p. 2. n. 927. & à n. 948. constat, non esse opus tale vitium manifestare, si non obstet fini ementis, & speciahter in sponsalibus relinquitur alteri sponso, ut in ejusmodi vitia ipsemet inquirat, nec usus habet, ut altera parte ejusmodi defectus suos derogat, *Nov. Con. Dian. Avers. supra. Sanch. l. 6. d. 27. Pont. l. 1. c. 18. Dixi*, ordinariè, nam aliud est, si pericu-

lum esset, ne defectus erumperet, & causaret postea graves rixas &c. An peccet contrahens & tacens impotentiam temporalem coeundi, dicitur n. 797.

§. 7. Huc pertinet resolutio sequentis casus: 183.

Titia imprægnata à Sempronio adultero, quaerit, an possit inire Matrimonium cum Cajo proco suo, ut sic vitet infamiam publicam. R. 1. Si Titia absolute possit aliter vitare illam infamiam, v. g. pariendo alibi, non potest, uti per se patet: si autem aliter non possit vitare illam infamiam, antequam ineat Matrimonium, tenetur, quoquo modo occulto potest, cogere Sempronium, ut allignet media sustentationis proli spuriae nascituræ, ne Cajo & prolibus legitimis causetur damnum. Quòd si Titia non possit aliter vitare infamiam, neque adducere Sempronium, ut damna præcaveat, videri posset Titia inire posse Matrimonium cum Cajo, sub suscepta, in conscientia, strictissima obligatione iustitiæ, ut quomodocunque poterit, compenset Cajo & prolibus legitimè nascituris damna sustentationis, vel fortè participandæ partis hæreditariæ, procurando suo tempore, ut proles spuria ingrediatur Religionem, aut quocunque prætextu, etiam invita, domo ejiciatur; interim ipsa conetur ex paraphernalibus vel extraordinariâ industriâ suâ, vel aliunde Cajo & legitimis prolibus compensare dicta damna. Suadet hoc 1. quia si Titia non posset aliter vitare infamiam istam, quàm illam spuriam prolem exponendo ante ostium Caji, non peccaret, si exponeret, dummodo nulla suspicio vel infamia redundaret in Cajum, & Titia esset parata, quantum in se est, compensare damnum causandum

dum Cajo ratione proles alendæ , ergo nec peccaret Titia in talibus circumstantiis imponendo prolem istam in ipsam domum Caji , atque in substantia , quantum est ratione damni , plus non facit Titia in nostro casu , ergo. 2. Si Titia esset in Matrimonio cum Cajo , & conciperet ex alieno , non teneretur cum infamia sua nequidem soli Cajo hoc significare , sed tacere posset , & permittere damna Caji ac prolium legitimorum , ergo similiter Titia in casu nostro ad cavendam infamiam suam publicam. 3. Saltem , post contracta sponsalia supervenit illa imprægnatio , poterit Titia ex jure per sponsalia quæsito pergere ad Matrimonium , tacendo. 4. Ratio horum omnium à priori videtur esse , quia nemo tenetur se infamare publicè , ad cavendum , ne ex actione sua jam posita , quam infectam reddere nequit , alius patiatur damnum in bonis fortunæ , quæ minoris sunt æstimationis , quam famæ , tum enim censetur potius permittere damnum alterius , quàm positivè inferre : quod magis vâlet , si incertum sit , an hoc damnum fortunæ sit secuturum , uti est in nostro casu , quia incertum est , an proles spuria sit nascitura & supervictura , plurimi enim foetus emanent , & multi nati emoriuntur. 5. Ratio ulterior etiam à priori est , quia Caju suppositis talibus circumstantiis non videtur rationabiliter invitum ad talia damna fortunæ , veller enim sibi hoc fieri , si esset loco Titia nunc pœnitentis. Hanc sententiam videtur tenere *Dicass. tr. 10. d. 1. n. 640* quamvis non ex his rationibus , nam universè docet , sponsum vel sponsam posse reticere defectum graviter perniciosum alteri parti , v. g. lepram , morbum gallicum &c. sed *z. 2. Absol.*

futè tenendum est Titiam non posse tacito hoc  
 vitio mire Matrimonium, ita *Côn. d. 23. n. 100.*  
*Ponr. l. 12. c. 18. n. 6. Perez d. 10. f. 2. n. 9. Castrop.*  
*d. 1. p. 30. n. 5. Dian. p. 3. t. 4. R. 287. Gob. tr. 10.*  
*n. 367.* Ratio est 1. quia peccat contra justitiam,  
 qui vendit mercedem valde vitiosam vel noxiam,  
 maximè si hoc vitium occultum ab altero de-  
 prehendi non possit, uti de lignis putridis tra-  
 ditur *L. Julianus, 13. ff. De action. empti. & L. 1.*  
*ff. De ædilit. edicto*; hinc autem in contractum  
 adducitur merx valde vitiosa & noxia, ergo. 2.  
 Licet Titia firmissimè proponat præcavere aut  
 compensare illa damna Caji & prolium legiti-  
 marum, vix erit, ut possit, quia carebit propriis,  
 & spurius non tenebitur credere, se esse spurium,  
 sed dividet hæreditatem cum aliis, imò quia  
 primò gignetur, speciale jus sibi fortasse attri-  
 buet, ergo Titia saltem exponit se periculo  
 proximo injustè damnificandi Cajum, & proles  
 legitimas; ergo hoc ipso peccat. Ad rationes op-  
 positas facile est respondere: *Ad 1.* Disparitas est,  
 quia si exponeret ante domum, vel etiam in do-  
 mo Caji, posset Cajus, si vellet, non acceptare,  
 sed vel deponere alibi, vel deferre ad Superio-  
 res, quorum esset providere, aut si horum neu-  
 trum vellet facere, liberè admitteret, in nostro  
 autem casu planè involuntarius est, & cogitur  
 innocens, & nil sciens, damnum injustum subi-  
 re. *Ad 2.* Titia tum censeretur se permissivè ha-  
 bere ad damnum, quia non posset aliter impe-  
 dire salvo jure, quod habet ad famam: sed in  
 nostro casu potest omittere Matrimonium, & si  
 non omittat, per illud positivè inducit damna  
 ista Cajo: neque habet jus ad famam cum tali  
 injuria Caji, sed culpæ suæ imputare debet il-  
 lam

Iam infamiam. *Ad 3.* n. ass., quia principaliter contractus est Matrimonium adhuc ineundum ad quod afferret mercedem vitiosam & noxiam ergo faceret injuriam Cajo, si id non manifestaret. *Ad 4.* nego, quod habeat se permissivè, sed positivè causat Cajo illud damnum nunc liberè ineundo Matrimonium, ex quo solo redundat damnum in Cajum. *Ad 5.* Cajus est rationabiliter invitus, & si esset loco Titiae, irrationabiliter vellet sibi hoc fieri, uti patet ex dictis.

184. §. 8. Si sponsa interrogata, dicat se esse virginem, cum tamen non sit, mendacium illud est veniale tantum, cum non sit graviter pernitiosum, *Perez, Gob. n. 371.* per accidens tamen fieri posset, ut esset mortale, si prudenter timeretur, ne hoc erumperet, & graves inde orirentur discordiae, tum enim vel esset fatenda veritas vel non ineunda sponsalia, *Castrop. d. 1. p. 30. n. 4.* vel defectus arte aliquà tegendus esset in primo congressu maritali, inquit *Avers.* Si autem positivè finxerit se virginem, & ita induxerit ad sponsalia, non potest cogere ad Matrimonium, quia sic positivè fingendo fecit injuriam, quam continuaret, *Castrop. n. 3. Gob. n. 373.*

185. §. 9. Si putasti virginem, sed postea intelligas esse viduam, videtur esse causa sufficiens dissolvendi sponsalia, tum quia vidua censetur longè vilior, tum quia tu fieres bigamus, & dissoluto conjugio non posses absque dispensatione promoveri ad Ordines, quod videtur esse notabile incommodum, *Sanch. Castrop. p. 29. n. 6. Avers. q. 8. f. 15. contra Cón.*

186. §. 10. Si post talem causam supervenientem, aut jam prius cognitam sponsalia antea validè ratificaveris, vel expressis verbis, vel ipso facto & prae



& præsertim secutâ copulâ, non est ampliùs potestas resiliendi, quia censeris remisisse jus tuum, & alteri restituisse jus suum pristinum, *Sanch. d. 66. n. 2. Avers. f. 17. Tamb. §. 19. num. 4.* Aliud est, si nesciveris causam resiliendi, aut si tale quid faciens expressè noluisse ratificare sponsalia, tum enim docent *Hurtad. Tamb. Gob. n. 384. Spor. n. 219.* contra *Sanch. te in conscientia non teneri, quia non cessisti juri tuo, cùm copula, nequidem implicite includat voluntatem cedendi illo jure, & præsumptio, quæ est in contrarium, hic & nunc sciatur niti falso: posset tamen pro foro externo cogi à Judice talem contrarium animum non præsumente. Quòd si ratione talis copulæ vel sponsalium causatum esset damnum alteri, hoc compensandum esset, uti certum esse dicit *Tamb. n. 5.**

Q. 27. *Quid addendum sit circa dissolutionem sponsalium ob ingressum Religionis, votum, Ordines sacros, vel aliud impedimentum superveniens. R. §. 1.* Si unus sponsorum ingrediatur Novitiarum Ordinis religiosi, docent plurimi apud *Sanch. l. 1. d. 42. n. 2.* hoc ipso utrimque dissolvi sponsalia, si enim professio unius ob suam perfectionem utrimque dissolvat Matrimonium ratum, Novitiatum, qui similem perfectionem participat, & est via ad professionem, utrimque dissolvat sponsalia: è contrâ *Caj. Durand. Armill. & alii dicunt, ex neutra parte dissolvi, donec fiat professio, quia nullo Jure vel lege probari potest ea dissolutio, & si alter è Novitiatu exeat, possunt adimpleri, ergo tempore Novitiatu manent, quamvis sint suspensa. Navarr. Silv. Sanch. Tol. Bonac. Castrop. d. 1. p. 16. Mastr. n. 80. Avers. q. 8. f. 2. Gob. n. 317. Spor. n. 203. Kugler p. 3. n. 31.*

proba-

probabilius dicunt dissolvi ex parte illius, qui in seculo remanet, nam ingrediens censetur nuntiare sponsalibus, & fit notabilis mutatio in illo, tum quia gravatur ille, qui remanet, tum nebitur enim exspectare saltem uno anno, tum quia, qui ingressus est, censetur vilior in ordine ad Matrimonium, quia homines refugiunt de cere eam, quæ fuit monialis, vel nubere ei, qui fuit monachus. Non dissolvuntur autem ex parte ingressi, uti probabilius tenent *Con. Hæ. Rebell. Laym. Pont. Castrop. p. 21. n. 4. Avers. Mag. Krim. n. 234. contra Henriq. Sanch. Bonac. Becan. & alias*, nam quod per professionem dissolvatur Matrimonium ratum, hoc scimus ex Jure positivo, & est dispar ratio, quia professio est status à quo nemo potest recedere; non item Novitatus, qui non excludit potestatem ad Matrimonium.

188. §. 2. Si professio religiosa fieret in fraudem vel cum damno alterius, v. g. sponsæ, spe Matrimonii datâ corruptæ, quod damnum aliter reparari non posset, quàm per Matrimonium non solverentur sponsalia, imò professio esse nulla, tam in ratione voti respectu Dei, cum sine re hinc & nunc illicita, quàm in ratione contractus respectu Religionis, quæ talem professionem admittere non vult, nec potest, quippe contra jus sponsæ damnificatæ, *Avers. §. Terra Spor. n. 202.*

189. §. 3. Si votum perpetuæ castitatis fiat pro sponsalia, non in fraudem vel damnum alterius sed sincerè, ob cultum Dei & salutem animæ præter citatos à *Busenb. docent*, etiam ex parte voventis dirimi sponsalia, *Silv. Angel. Sor. Gomb. Less. in Auctar. v. Sponsalia. cas. 6. Gob. t. 10. n. 3.*

Pont. l. 12. c. 12. n. 4. Avers. q. 8. f. 12. §. *Votum*  
*Anic.* d. 32. n. 40. *Mastr.* n. 81. aliique multi, quos  
referunt *Sanch.* d. 46. n. 7. & *Castrop.* d. 1. pu. 20.  
n. 5. Et idem videtur velle *S. Tho.* in 4. d. 38. q.  
1. a. 3. q. 4. putant enim imbibitam fuisse illam  
conditionem, nisi elegero statum perfectiorem,  
qualis est status castitatis etiam in cœlibatu. Et  
hanc sententiam *Sanch. Dicast.* d. 1. n. 461. *Verric.*  
l. 1. a. 46. n. 3. vocant probabilissimam; *Busenb.*  
probabilem. E contra *Silv. Nav. Palud. S. Anton.*  
*Valent. Cœn. Fill. Hurt. Regim. Rebell. Becan.* aliique  
multi cum *Sanch. Castrop. Spor. Platel, Krimer.* à n.  
256. *Kugler* p. 3. à n. 44. aliique apud *Aversam* pro-  
babilius negant sponsalia per illud votum diri-  
mi, nam *Cap. veniens*, Qui Clerici vel voventes,  
Papa jubet imponi pœnitentiam ob mentitam  
fidem mulieri, quæ post sponsalia votum casti-  
tatis emiserat, ergo id ei erat illicitum, quia  
frangebat fidem. Ratio autem est, quod illa con-  
ditio non insit ex natura talis contractus, neque  
ex dispositione Juris positivi, neque ex inten-  
tione contrahentium, qui minimè cogitant de  
reservando sibi illo jure, unde, sicuti obligatio  
solvendi rem debitam alteri non solvitur per  
votum donandi pauperibus, neque Deus accep-  
tat donationem absolutam rei jam alteri debite  
ita & hîc: Deinde delicta non præsumuntur, ta-  
lis autem vovens peccaret, si absolutè voveret  
castitatem contra jus sponsæ ergo præsumi de-  
bet vovisse sub conditione, si remitteretur,  
vel cessaret obligatio sponsalium, consequenter  
obligatur voto, quantum servare potest, id est,  
tenetur ad continentiam, si sponsa obligatio-  
nem remittat, vel post contractum Matrimo-  
nium moriatur, in Matrimonio autem non  
Tom. VIII. H potest

EL  
20  
TA  
Clau  
a Cox  
Tom VIII

potest petere debitum, sed tantum reddere, ut dicitur n. 357.

190. §. 4. Votum ingrediendi Religionem etiam sum post sponsalia, per se loquendo est licitum uti & votum profitendi, *Castrop.* d. 1. p. 30. n. 1. *Spor.* num. 204. votum tamen ingrediendi non dissolvit sponsalia ex parte voventis, quia ingressus ipse non dissolvit, uti jam dictum est. contra multi cum *Laym.* & *Gob.* tr. 10. n. 31 docent, per votum profitendi dissolvi sponsalia etiam ex parte voventis, putantque ad hoc acceptari à Deo ob illius excellentiam, & quod obligat ad perpetuò manendum in Religionem adeoque ad aliquid incompatible cum Matrimonio, nihilominus *Castrop.* & *Spor.* supra probabiliùs dicunt tantum suspendere sponsalia cum enim tale votum ante professionem non constituat statum, sed relinquat potestatem implendi sponsalia, non est ratio, cur dicatur obligationem illam extinguere.

191. §. 5. Si votum Castitatis vel Religionis processerit, & sequantur sponsalia absque copulatione damno alterius, prævalet obligatio voti præcedentis, & impedit obligationem iustitiam sponsalibus, quæ re ipsa nulla sunt, secundum dicta n. 93. unde tum tantum obligabit promissio sequens, si alter injustè pateretur mortale damnum in fama vel fortunis, *Sanch.* l. 1. c. 45. n. 5. *Pont.* l. 6. c. 12. *J. Sanch.* d. 8. à nu. *Lug.* De just. d. 12. n. 4. *Pirh.* de spons. n. 54. hoc vult *S. Th.* in supplem. q. 53. a. 1. ad 1. cens, propter votum simplex sunt sponsalia divina, quod docet etiam *S. Anton.* quamvis etiam sponsalia jurarentur, quia hoc juramentum de re illicita, seu voto contraria. Quid autem dicitur

dicendam sit, si post tale votum deslorarit puellam, vel consciam, vel non consciam talis voti, dixi l. 3. p. 2. n. 320. Et ibi dictis consentiunt *Mastr.* nu. 74. *Krim.* à n. 246. *Kugler* p. 3. à num. 56.

§. 6. Votum perpetuò habitandi in aliquo monasterio sine voluntate profitendi, non dissolvit sponsalia ex parte voventis, uti colligitur ex dictis, attamen dissolvit ex parte alterius, quia hoc voventis censetur jus suum remittere, *Gob.* 317.

§. 7. Si quis juramento firmaverit sponsalia, *Navarr. Led. Rebell.* & alii puant, non posse ingredi Religionem, nisi prius contraxerit Matrimonium ratum, ut sic impleat juramentum, quod debet, quantum potest, servari, ubi non est dispendium salutis æternæ, & ideo *Scot.* dicit hoc esse consulendum: è contrà *Sanch.* d. 43. *Castrop.* n. 5. *Avers.* q. 8. l. 12. *Spor.* n. 203. *Krim.* n. 238. alique multi cum *Kugler* p. 2. num. 48. probabilius dicunt, per se nullam esse obligationem Matrimonii contrahendi, sed posse statim ad Religionem ire, tum, quia per sponsalia intendebat constanter inire Matrimonium, ad quod non tenetur volens ingredi Religionem, tum maximè, quia juramentum imhibebat hanc exceptionem, nisi statim religiosum voluerit. Testaturque *Pignat.* tom. 9. conf. 133. n. 48. *Gregorium XIII.* declarasse, quòd mulier etiam post jurata sponsalia liberè possit fieri Matrimonialis. Dixi, per se, nam si ad cavendum alterius damnum, aut ad legitimandam prolem opus esset prius contrahi Matrimonium, ad hoc esset obligatio ex justitia vel charitate, tumque

sine consummatione Matrimonii ingredi deberet Religionem, *Henriq. Sanch.*

194. §. 8. Si alteruter contrahat, habens animum post Matrimonium ratum ingrediendi Religionem, & de hoc non præmonuerit alterum, putant *Præpos.* & alii non peccare, quia utitur jure suo, cum etiam alteri maneat tempus deliberandi ad bimestre, sed *Sanch. n. 12.* aliique cum *Castrop. n. 7. Spor. n. 252. Avers.* supra, probabiliter dicunt peccare graviter contra charitatem, qui graviter decipitur sponsa, si enim hoc scivisset non consensisset, & ille hoc reticendo sine iusta causa, facit, ut ipsa veniat in suspicionem alicujus defectus, item, ut ad finem Novitiatûs esse spectare debeat, & ideo fortè deterius nubat, quæ sunt notabilia contra charitatem; si tamen esset gravis causa, v. g. si alter non posset vitare scandalum, mortem, infamiam magnam, non peccaret sic ineundo. Quòd si cum voto castitatis contraheret Matrimonium eo animo, ut ante consummationem transiret ad Religionem ordinariè loquendo adhuc graviter peccatum ob causas jam datas, tum, quia ordinariè loquendo se exponit periculo frangendi votum, *Sanch. n. 6. Castrop. n. 8. Krim. à n. 248.* quæ tamen excipiunt casum necessitatis, uti si aliter non posset consulere famæ suæ vel alienæ, evadere carcerem &c. uti n. 193. insinuatum est.
195. §. 9. Nec prima Tonsura, nec Ordines minores dissolvunt sponsalia: si tamen sponsus sciat vel invitâ sponsâ horum aliquid suscipere *Gob. n. 361. & Spor. n. 205.* dicunt solvi ex parte sponsæ, quia sponsus ostendit se inconstanter & per hoc, quòd de statu clericali cogitet, videtur remittere jus suum; & hoc dicit esse probabile

babile *Krim.* n. 285. sed *Sanch. l. 1. d. 47. n. 1.* etiam probabile dicit, non solvi, quia cum hoc nullo modo impediatur Matrimonium aut ejus usum, & talis maneat liber ad statum religiosum, ad quem fortè, aut ad aliquid aliud proficere possent minores Ordines, videtur jus habere ad illos suscipiendos salvis ex utraque parte sponsalibus, uti his salvis proponere potest ingredi Religionem. An autem licitum sit suscipere sacrum Ordinem invitâ sponsâ, dicam num. 200.

§. 10. *Silv.* & alii n. 189. relati, qui dicebant per votum Castitatis superveniens solvi sponsalia, putant similiter solvi per votum sacrorum Ordinum, quia etiam hi sunt status perfectior, sed *Navarr.* & alii ibidem relati probabilius contradicunt, nam est tantum votum vovendi castitatem, ergo cum secundum ibi dicta nequidem votum castitatis dissolvat sponsalia, multò minùs votum sacri Ordinis: imò illicitum est tali sponso suscipere sacrum Ordinem secundum dicenda n. 200. Unde & votum absolutum suscipiendi est ipsi illicitum, valet tamen conditionatum, si sponsa remittat, vel si post Matrimonium moriatur, & tale semper præsumi debet esse, ideòque tenebitur talis vovens Ordines sacros tum suscipere.

§. 11. Si susceptio Ordinis sacri fiat in fraudem vel damnum sponsæ defloratæ vel imprægnatæ, quod aliter reparari non possit, quàm per Matrimonium, valet quidem Ordo, sed non est obligatio ad castitatem, quia illam vovere, vel suscipere in his circumstantiis, esset vovere vel suscipere illicitum, & contra jus quæsitum alterius, ergo tale votum obligare non potest, unde

H 3

talis

talis tenebitur inire Matrimonium, nisi timeatur inde alia mala, vel ecclesiasticus Judex aliter disponat, *Gob. n. 320.*

198. §. 12. Si Cajus & Titia mutuo promittente habuerint copulam, & postea prius adverteat se habuisse impedimentum, v. g. quia erant consanguinei in tertio gradu, uterque etiam in altero potest resilire, quia nec obligatur ratione promissionis, cum promissio rei illicitæ non obliget, & sicuti Matrimonium cum tali impedimento est invalidum ita & sponsalia: neque obligatur ratione doli vel injuriæ, cum nihil ad intervenerit, *Bonac. de sponsal. q. 1. tr. 7. n. 7.*
199. §. 13. Ad quid teneatur, qui fornicatur cum consanguinea, cui fecit spem vel promissionem Matrimonii, dixi l. 3. p. 2. n. 321. Si autem Titius post sponsalia inita cum Berta fornicatur cum Caja Bertæ sorore, & cum hac ineat non sponsalia, facit injuriam Bertæ, quia ob contractam affinitatem reddit se inhabilem ad satisfaciendum juri ad rem, quod Berta habebat in ordine ad futurum Matrimonium. Et quamvis etiam ducere non possit Cajam ob contractam publicam honestatem ex sponsalibus cum Berta, tamen ducere debet alterutram, & erit prudentum determinare ex circumstantiis cavendum scandalum vel damnum reparandi, ad quam petitionem dispensatione potius sit inducendus, teneatur enim ad petendam dispensationem saltem ordinariis & moderatis sumptibus suis, docent *Strop. d. 1. p. 26. Tamb. Spor. n. 214. 276. Kryn. 321.* & per se loquendo tenetur ad ducendam Bertam, quia tenetur ad reparationem juri quod Berta habuit; deinde, quia sponsalia posteriora contra fidem priorum inita, licet juri



mentum & copula accedat, secundum dicta à n. 73. sunt invalida, ergo priora sponsalia manent, ad quæ tenebitur dispensationem petere; præterea Titius tenebatur se non reddere inhabilem, ergo tenetur etiam tollere inhabilitatem, ut sic injuriam juri Bertæ illatam resarciat, & ita videtur absolutè sentire etiam Gob. p. 10. n. 327. quamvis alii dissentiant. Si dicas, tum tantum faciendam esse restitutionem, quando damnificatus habuit jus in re, quia jus ad rem est obnoxium multis casibus, ergo non potest ex eo violato oriri obligatio restitutionis saltem non ad totum; *contra* est, quia licet Berta non habuerit jus ad usum corporis Titii, tamen habuit jus in re, idest, potestatem in jure ad usum corporis, ergo quamvis Titius non obligetur ad reddendum usum corporis, obligatur tamen ad reddendum jus, quod Berta habebat ad usum corporis Titii; sicuti, si quis jus habeat ad electionem pro Beneficio, quod jus per injustam alterius intrusionem violatur, non debetur ei quidem restitutio Beneficii, sed tamen debetur reintegratio juris, quod habebat ad electionem pro Beneficio. Quod si Titius renuat ducere Bertam, eò quod fortè aliqui authores sint, qui dicunt illum non obligari ad petendam dispensationem, suadendum Bertæ, ut ipsa petat etiam inscio aut invito Titio, quâ obtentâ non amplius excusabitur. Satisfieri tamen debet etiam Cajæ saltem ad vitandas rixas & incommoda alia. Denique licet Titius vellet Bertam, & pro ea ducenda obtinisset dispensationem, tamen Berta posset eum repellere, quia ob inconstantiam Titii, & ob injuriam sibi illatam habet jus resiliendi ab istis sponsalibus: & ideo

S. Congreg. 29. Martii 1653. apud Pignat. tom. 1. consult. 376. declaravit sponsalia per talem pervenientem affinitatem dissolvi.

Obji. L. Continuus. §. Cum quis. ff. De verbor oblig. dicitur, quæ pendent à voluntate principis cenferi quasi impossibilia, ergo Titius non potest obligari ad procurandam talem dispensationem. Antecedens intelligitur de illis, quæ omnino non, aut rarissimè concedi solent, dispensationes autem ejusmodi facillè obtinentur, ergo eas est obligatio pro refarciendo damno injuncto illato.

800. Q. 28. An & quomodo peccet, qui necdum dissoluto sponsalibus, & invitâ sponsa, ex sincero animo Deo melius serviendi suscipit sacros Ordines. R. Negant peccare Henriq. Sotus, Merat. Pont. Escob. Diana p. 3. q. 4. R. 208. Avers. q. 8. f. 12. Pro eadem citant Nav. Silv. Cordub. Vega apud Sanch. l. 1. d. 47. n. 1. qui sententiam illam vocat probabilissimam Verric. l. 1. d. 47. n. 1. vocat satis probabilem Dicast. d. 1. n. 478. probabilem agnoscit, dicit, dicit, probabile esse, quòd licitè voveatur susceptio Ordinis sacri. Eandem tenet Gurtier apud Castrop. d. 1. pu. 19. n. 1. Id ipsum à potiori tenent illi, qui docent, licitè posse post sponsalia emitte simplex votum castitatis, quo sponsalia dirimantur, de qua sententia dixi n. 189. Leg. l. 5. t. 10. p. 1. c. 2. n. 7. agens de facultate dissolvendi sponsalia per susceptionem sacri Ordinis ait; cum sententia hæc ob gravium Doctorum auctoritatem probabilis sit, in conscientia tutus erit, qui à sponsalibus presertim clam celebratis, sincero animo amplectens id statum perfectiorem continentie resilièrit. Ad id si ad forum externum talis causa deferatur, ecclesiasticus Judex compellere solet ad sponsaliorum fidem servandam, quædam suscipiens, refarciendo, v. g. expensarum ratione, tum perfectum, prout statutum, sponsalia nisi voluerit, à Paludano l. 6. Krym, re, quia, vi justitiam conditionem, mus, & gradientis status facti, autem, lencian, let argu, nium, fam, no, imò co, cros, e, gioso a, mutare, mutare, nes per, gando, tum in, tishit a, debetur.

dam, quamvis etiam contentus Judex esse possit sacri Ordinis susceptione. Æquum tamen esse dicit n. 8. ut resarciat damna, quæ ob id sponsa incurrit, quia v. g. expensas in sponsalibus fecit, aut in præparatione ad nuptias. Ratio illius sententiæ est, tum quia sacri Ordines faciunt statum valde perfectum, & includunt solenne castitatis votum, propter quod licitum est post sponsalia inire statum religiosum: tum & præcipue, quia sponsalibus videtur inesse hæc tacita conditio, nisi voluero ad statum perfectiorem transire. E contra Palud. Sanch. Cón. Castrop. Rebell. Perez d. 9. l. 6. Krim. n. 288. dicunt id sub mortali non licere, quia frangitur fides alteri data in materia gravi justitiæ: nec ullo Jure probatur talem conditionem esse imbibitam: quod autem imbibatur conditio, nisi voluero ingredi Religionem, inde scimus, quia Ecclesia concedens privilegium ingrediendi Religionem ob excellentiam hujus status facit conditionem illam imbibiti: nullibi autem legitur, quod Ecclesia id faciat ob excellentiam sacri Ordinis, neque hinc in positivis valet argumentatio à simili, nam etiam Matrimonium ratum solvitur per professionem religiosam, non tamen per susceptionem Ordinis sacri, imò conjugatus non admittitur ad Ordines sacros, ergo argumentatio non valet à statu religioso ad sacros Ordines: Si dicas, licitum est mutare votum in melius, ergo etiam licebit mutare obligationem sponsalium in obligationes perfectiores annexas Ordinibus sacris. R. negando conseq. nam ideo licitum est mutare votum in melius, quia omnia vota fiunt Deo, factis autem & fit rectè, si illi solvatur majus, cui debetur minus; è contra sponsalia obligant ho-

mini, votum & Ordo sacer obligat Deo, Deus autem vult, ut cuique jus suum tribuatur, neque enim quisquam dicet, me ex eo, quod Deo vel pia causa solvam 100. Daleros, esse liberatum ab obligatione eos solvendi illi, cui ob emptum pannum illos debeo, ergo nec satisfacio pro sponsa, licet me Deo obligem ad majora per Ordines sacros; Hinc quamvis *Tamb. t. 3. c. 5. §. 3.* dicat, utramque sententiam suam probabilitate non carere, & *Spor. n. 205.* dicat utramque esse æqualiter probabilem, tamen secunda videtur esse mihi longè probabilior, & tum saltem absolutè tenenda, si quis vellet sacros Ordines suscipere purè, ut se à tali sponsa sibi nunc dispendente liberaret.

201. Q. 29. Quid notandum sit circa dissolutionem sponsalium per Matrimonium contractum cum alia. *R. §. Palud. Gabr. Henriq. Bonac. Becan. Fill. Vallal. Laym. Sanch. l. 1. d. 48.* dicunt ita dissolvi per Matrimonium cum alia initum, ut quamvis hanc uxor moriatur, aut profiteatur in Religione, ipse se non teneatur ducere primam, quia superveniens obligatio major Matrimonii videtur extinxisse minorem priorum sponsalium, sicut professio in strictiore Ordine extinguit professionem in priore Ordine laxiore. E contra *Ab. Led. Hurt. Vega, Cón. Pont. Avers. q. 8. f. 13. Mastri. 82. Castrop. p. 21. n. 4. Spor. n. 208. Krim. à n. 263. Kugler. p. 3. n. 77.* probabilius dicunt, quòd maneat obligatus primæ, quia superveniens Matrimonium tantum impedit executionem priorum sponsalium, sicut etiam impedit ingressum in Religionem, si antea vovisset Religionem ingredi, non autem tollit illam obligationem: Et disparitas est in profitente Religionem strictioris

rem, nam professio est vinculum ex se perpetuum, quod solâ morte tollitur, hinc factâ professione in Ordine strictiore meritò censetur extincta professio in minus stricto; Matrimonium autem solvitur, vel morte conjugis, vel professione, quo soluto manet in altero aptitudo ad implenda priora sponsalia, ergo etiam obligatio. Quid dicendum sit de sponsalibus initis contra fidem priorum, dixi à n. 73.

§. 2. Si Matrimonium hoc non fuisset validum, nequidem suspensa fuissent sponsalia, quia, quod de Jure non habet effectum, non præstat impedimentum, Cap. Non præstat. De regul. Juris in 6.

Q. 30. Quid addendum sit circa dissolutionem ob absentiam sponsi vel nimiam dilationem. R. §. 1. Si sponsus ex justa causa se aliò conferat, v. g. ad studium, ad negotiationem, & redire velit, L. sepe, ff. De sponsal. significatur exspectandum esse, donec causa cesset, L. 2. Cod. De repud. dicitur exspectandum ad triennium. L. 2. Cod. De spons. dicitur exspectandum ad biennium, si sponsus moretur intra provinciam; si autem extra, ad triennium, putantque multi has leges civiles adhuc obligare: sed alii cum Sanch. l. 1. d. 54. Castrop. d. 1. p. 23. n. 2. Avers. q. 8. f. 11. Gob. t. 10. n. 351. Spor. n. 201. dicunt Jus civile correctum esse per Jus Canonicum, quod Cap. De illis, De spons. expressè & absolute dicit: De illis, qui promittunt, se aliquas mulieres ducturos, & postea dimitunt terram, se in partes alias transferentes, hoc tibi volumus innotescere, quod liberum erit mulieribus ad alia se vota transferre. Pirh. & alii cum Krim. à n. 294. dicunt, Jus civile tantum loqui de exspectando tanto tempore, si velit retinere arrhas & donata à sponso, de cætero potest illis remissis stare dispositio-

spositione Juris Canonici, attamen expectandum erit aliquo tempore juxta arbitrium pro-  
 dentis, uti notant *Castrop. n. 3. Gob. n. 353. Spor. n. 3*  
 Et si sciret breviter rediturum, omnino non possit  
 ad alia sponsalia procedere.

204. §. 2. Si sponsus volens reverti aliò profectus  
 esset, & diutiùs abesse cogeretur ab causam non  
 tantùm justam, sed etiam necessariam, v. g. a  
 mortem parentis, ob morbum vel grave neg-  
 tium, teneretur sponsa expectare, donec imp-  
 dimentum illud cessaret, uti habet lex relata  
 61. id enim postulat æquitas, cum necessitas  
 non habeat legem, plures cum *Spor. supra con-*  
*Gob. n. 351. & alios.*

205. §. 3. Si sponsus in sciã vel invitã sponsa  
 fit profectus animo emanendi, aut jam ab-  
 fixerit domicilium, *Sanch. Gutt. Cón. Pont. Leg.*  
*Castrop. num. 1.* rectè dicunt non teneri vel  
 momento eum expectare, quia censetur renun-  
 tiãsse suo juri, & mutare domicilium est ge-  
 ve onus, cui se non submitit per sponsalia.  
 tamen velit stare sponsalibus, notat *Less. in Au-*  
*v. Sponsalia. cas. 1. debere sequi, & si nolit, etiam*  
 sponsum fore liberum.

206. §. 4. Si certo tempore contrahendum  
 Matrimonium, qui in culpa est, quòd eo temp-  
 re non fit contractum, peccavit mortaliter,  
 manet obligatus, si alter voluerit, qui solus  
 lire poterit, *Avers. q. 8. s. 1. Castrop. pu. 24. n. 5.*  
*n. 357. Spor. n. 198.* Quòd si terminus non  
 præfixus ad finiendam obligationem, sed  
 tum ad finiendam licentiam differendi Ma-  
 monium, uterque manet obligatus, *Matr.*  
 præ. Si autem dubium fit, an terminus sit  
 fixus ad finiendam obligationem, an ad  
 quinquen-

etiam differendi, oportet attendere ad causas  
præfixi termini, & ex iis erit iudicandum, Ca-  
strop. n. 3. Si autem dubium permaneat, viden-  
tur manere sponsalia, quia sunt in possessione,  
expedit tamen, ut dubium hæc insinuetur utri-  
que parti, & si velint dissolvantur mutuo con-  
sensu, quia etiam probabile est, quod libertas  
sit in possessione contra obligationem ulterioris  
temporis.

§. 5. Si sine cuiusquam culpa Matrimonium 207.  
iniri non potuit tempore præfixo, Palud. Sanch. l.  
1. d. 53 Bonac. Pont. l. 12. c. 16. dicunt non ideo  
posse dissolvi sponsalia, quia legitimè impedito  
non currit tempus: è contrà Navarr. Cón. Laym.  
Castrop. n. 8. Krim. 302. Kugler p. 3. n. 95. proba-  
bilius dicunt posse dissolvi, nisi aliud constet de  
mente contrahentium, quia causa dissolvendi  
non est culpa, sed defectus conditionis requisi-  
tæ, quæ apposita erat: leges enim, quæ permit-  
tunt dissolvi post elapsum tempus præfixum,  
non meminerunt de culpa vel non culpa, sed  
absolutè dicunt eum posse resilire, per quem non  
sterit, quo minus Matrimonium fit initum  
tempore præfixo, quod ergo dicitur, tempus  
non currere legitimè impedito, valet tantum  
in iis contractibus, in quibus Jura sic statuunt,  
& benignè interpretantur talem voluntatem  
contrahentium, circa sponsalia autem, & ter-  
minum in eis præfixum nil simile statuunt, sed  
potius oppositum.

§. 6. Si certum tempus non sit statutum pro 208.  
contrahendo Matrimonio, L. Si is. Cod. De  
Spons. biennio expectare censetur nimium, è  
contrà Cap. Sicut. De spons. innuitur, etiam  
quinquennium non esse nimium: Cón. & Krim.  
n.

- n. 298. dicunt, non teneri exspectare, nisi tempore, quo ex communi usu inter tales imple solent sponsalia, hinc rectè dicunt *Sanch. d. §. 2. Avers. q. 8. f. 11.* spectandas esse circumstantias rerum & personarum: cui autem non erit in-  
grum exspectare, tenebitur monere alterum, vel impleat, vel non ægreferat rescindi sponsalia.
209. §. 7. Hactenus dicta tenent, quamvis sponsalia essent jurata, quia semper intelligebatur, altera pars vellet contrahere, & servare fidei. *Avers. Mastr. supra.* Quòd si unus promiserit, & alter post factam acceptationem nimis diu differat repromittere, censetur nolle Matrimonium, & alteri obligationem remittere, *Spor. n. 135.*
210. Q. 31. Quid addendum sit circa alias causas diffidendi sponsalia; item circa dispensationem & sententiam Judicis. R. §. 1. Si concurrant plures causæ diffidutionis, quarum nulla seorsim sufficiat, poterunt omnes simul sumptæ sufficere, quia poterunt contractum Matrimoniale reddere notabiliter difficilem, *Gob. tr. 10. n. 341.*
211. §. 2. Solus Papa tanquam supremus Princeps potest ex gravi causa dispensare in sponsalibus, non autem Episcopus, quia nemo potest jus acquisitum alteri invito auferre, præter summum Principem, unde sicuti ex communi sententia Episcopus non potest relaxare iuramentum præstitum tertio, quia hoc cederet in præjudicium tertii, ita nec sponsalia, *Spor. num. 193. & alii.* Putat autem *Less. in Auct. v. Sponsalia. cas. 4.* causam sufficientem esse, ut dispense-  
ret Papa, si parentes nollent consentire, & timerentur gravia incommoda vel scandala, adde-  
que in hoc casu potius opus non esse dispensa-



tione, cum videatur esse illicitum contrahere Matrimonium.

§. 3. Si sponsalia sint jurata, nequidem Pa- 212.  
pa potest dispensare sine causa gravissima concernente bonum commune, uti habet communior: *Palud.* tamen & alii cum *Less.* supra putant Papam, quando causa legitima subest, posse absolvere à juramento, etiam in præjudicium tertii: Et semper petendam esse relaxationem juramenti, etiamsi causa dissolvendi sit sufficiens, si non sit necessaria, docent *Sor. Viquer.* & alii, quia sic videtur statui *Cap. Si verò,* & *Cap. Verum,* De jurejur. Oppositum tenent *Abbas, l. in. Cón. Sanch. l. 1. d. 67. Avers. q. 8. f. 15.* & alii. nam *Cap. Quemadmodum,* dicitur non esse perjurium, qui post sponsalia jurata recedit ob fornicationem sponsæ, idem autem videtur esse de aliis causis; & ratio est, quia sicuti in promissione, ita etiam in juramento imbibitur tacita quasi exceptio, si non occurrat causa in contrarium, capitula autem antè citata loquuntur de juramento adjecto dispositioni non imbibenti talem quasi exceptionem.

§. 4. Ordinariè prærequiri sententiam Ju- 213.  
dicis ad dissolvenda sponsalia, tenuerunt multi, sed rectè dicunt *Sanch. d. 69. Mastr. n. 86. Avers. & Busenb.* supra, si certum sit adesse justam causam, posse proprià autoritate dissolvi, sic enim habet etiam praxis, potest autem de justitia causæ esse certum, vel Jure, si causa sit in Jure expressa: vel facto, si certum sit, causam justam, quæ allegatur, reipsa dari. Vide *Krim. à n. 324.* Et etiam rectè notat *Perez d. 11. f. 2. nu. 3.* non esse opus processu judiciali, si sponsalia dissolvantur per dispensationem, si autem per declara-  
ratio-

rationem fiat, esse opus, attamen ex Cap. *Chon tua*, 27. De spons. potest Judex de plano inquirere super impedimento, de quo est fama.

214. §. 5. Si causa dissolvendi sponsalia fit occulta, quæ Judici aperiri non possit sine infamitate, v. g. si sponsa clam sciatur esse fornicata, hæc privatim monenda est, ut remittat sponsalia, si nolit, monendi sunt parentes, & his deficientibus alius vir prudens, ut ab eadem mente avocet: si non acquiescat; licebit à Juce petere dissolutionem, sponsus enim licet reger jus suum, quod cum sponsa nolit ei reddere, nisi coacta, imputet sibi, quod diffametur. *Avers. §. ult.*

215. §. 6. Ut Judex sponsalia etiam jurata dissolvat propter impedimentum aliquod matrimonii, sufficit testis unus fide dignus, jurat se illud scire, vel fama impedimenti, non rumorem, per hoc autem distinguitur fama à rumore in hac materia, quod fama fit vulgaris opinio & sermo in majori parte communitatis vel viciniae, rumor autem fit opinio & sermo minoris partis, v. g. tertiæ vel quartæ. Ut autem Judex dissolvat propter crimen, v. g. fornicationem, non sufficit unus testis juratus, quidquid contradicat. *Avers. f. 16.*; sed requiruntur duo omni exceptione majores, quia præcipuè agitur de præjudicio tertii. Ut quis propriâ autoritate dissolvat sponsalia etiam jurata, sufficit non tantum fama & quælibet probatio moraliter certa, sed etiam unus testis fide dignus, qui deponat de certa scientia & qui de mendacio non sit suspectus, *Sanch. 73. n. 2. Averf. f. 16. Gob. n. 377. Castrop. d. 32. à num. 3.* probantes hæc omnia ad

textibus  
*Avers. §.*  
 ecclesiast  
 men Pa  
 §. 7.  
 fam diff  
 esse diss  
 tamen  
 nem, Ca  
 §. 8.  
 vendi sp  
 priâ aut  
 pro spon  
 riculo fa  
 notat Sa  
 tudinen  
 tam opi  
 dum in  
 adest ma  
 potest ac  
 rum in  
 ciencia c  
 te sponsa  
 Q. 32  
 causa, re  
 tur quid  
 causa on  
 rere filia  
 est defor  
 neri cor  
 factas pr  
 sarcire d  
 conditio  
 conducit  
 ve indem  
 Tom.

textibus Juris, notantque *Sanch.* d. 69. n. 10. & *Avers.* §. *Judex*, per Judicem hic intelligi solum ecclesiasticum, ordinarium vel delegatum, attamen Parochum non venire hic nomine Judicis.

§. 7. Si uterque contrahens putet adesse causam dissolvendi sponsalia, Judex rectè decernit esse dissolvenda, quia licet fortè causa non sit, tamen hoc ipso sibi remittunt mutuo obligationem, *Castrop.* n. 2. *Krim.* n. 330.

§. 8. Si omnibus consideratis causa dissolvendi sponsalia sit dubia, non est licitum propria auctoritate dissolvere, quia est possessio pro sponsalibus, & sic dissolvens exponit se periculo faciendi injuriam alteri. Rectè tamen notat *Sanch.* d. 69. n. 9. non semper requiri certitudinem, quæ penitus excludat omnem oppositam opinionem, quia in moralibus ad operandum in similibus dicitur haberi certitudo, cum adest magna probabilitas, sicque in conscientia potest acquiescere, qui duorum vel trium viro- rum intelligentium habet judicium de sufficientia causæ ad dissolvenda propria auctoritate sponsalia.

Q. 32. Ad quid teneatur, qui cum, vel sine justa causa, resilit à sponsalibus. R. §. 1. Si quis excusetur quidem ab ineundo Matrimonio, attamen causa omittendi non sit necessaria, sed ipse liberè resiliat, v. g. quia sponsa sine sua culpa facta est deformis, putant *Henriq. & Gutt.* sponsum teneri compensare sponsæ expensas opportunas factas pro dispositione ad Matrimonium, & rescire damna causata, quia L. *Si pecuniam ff. De conditione ex causa data*, dicitur, si quis alterum conducit ad iter faciendum, si hoc revocet, teneri servare indemna de expensis pro itineris preparatione factis.

Tom. VII.

I

factis. Oppositum probabilius tenent *Sanch.* d. 5. l. 8. d. 36. *Less.* in *Auct.* v. *Spons.* caf. 1. *Ar.* q. 8. f. 18. *Gob.* tr. 10. n. 380. quia hæc est natura sponsalium, ut par sit illorum conditio, & ut que cum causa liceat æqualiter & liberè resiliendo unde patet disparitas: non enim erat par conditio vel libertas conducentis ad resiliendum.

219. §. 2. Si quis excusetur à Matrimonio incedendo, ab ipso tamen oriatur, & per eum stet, quod Matrimonium non incedatur, uti, si voveat, & ingrediatur Religionem, *Castrop.* d. 1. p. 33. alii adhuc dicunt, non obligari ad expensas damnas, quia cum justè resiliat, pars altera non habet, quòd conqueratur. E contra alii cum *Spor.* n. 207. dicunt obligari, quia nemini incertum est prosequi suum bonum etiam spirituale cum vero & reali damno alterius, & Jura cedentia ingressum Religionis, semper interpretantur, salvis reliquis juribus alterius partis, non enim dispositio illa, ut pars una cedat jure sponsalia, sit præjudiciosa huic parti, strictè interpretanda est, & non extendenda ad præjudicandum aliis juribus, videtur autem Jure naturæ deberi restitutio illorum damnorum & expensarum saltem ex parte, cum ingrediens Religionem sit eorum causa. Utraque sententia probabilis, sed prima ob rationem §. 1. data videtur probabilior.

220. §. 3. Si quis sine causa & injustè recedat sponsalibus, *Abb. Silv. Bartol. Jason, Alciar. Rosell.* alii dicunt non teneri compensare expensas damnas, quia Jura annullant omnem appositionem pœnæ in sponsalibus, hæc autem obligatio induceret hanc pœnam. Oppositum tenet communissima cum *Sanch.* l. 1. d. 30. n. 15. &

q. 8. f. 18. rum expe quòd ann resiliente annullare non cense tuendi de damnosa

§. 4. postea etiam ingrediens jam datam, quia causa illo

§. 5. resiliendi ceta, ideo n. 381. redere suas non ineat injustè ref est. Et ha tiam Judi remittere

Quid sit,

R Esp. E quo v sua tradu sum prof

q. 8. f. 18. quia sic resiliens est injusta causa illarum expensarum & damnorum. Nec verum est, quod annulletur appositio pœnæ contra injustè resilientem, uti dictum est n. 148. Et quamvis annullaretur appositio pœnæ, hæc compensatio non censetur pœna appositæ, sed obligatio restituendi de Jure naturæ sequens ad injuriam damnosam.

§. 4. Si quis ab initio inivit sponsalia animo 221. postea etiam ex justa causa recedendi ab eis, v. g. ingrediendi Religionem, tenetur ob rationem jam datam alteri compensare expensas, & damna, quia per dolosam reticentiam fuit injusta causa illorum, *Avers. supra.*

§. 5. Qui suâ culpâ dat alteri justam causam 222. resiliendi à sponsalibus, v. g. si sponsa sit fornicata, ideóque resiliat sponsus, *Sanch. Averf. Gob. n. 381.* rectè dicunt, hanc teneri sponso refundere suas expensas, quia est injusta causa, cur non ineatur Matrimonium, & idem facit, ac si injustè resiliret, quo casu teneretur, uti dictum est. Et hætenus dicta tenent etiam ante sententiam Judicis, si pars altera petat, nec censetur remittere, *Avers. supra.*

C A P U T II.

223.

De Matrimonio secundum se.

D U B I U M I.

Quid sit, qua ejus materia, forma & Minister.

R Esp. Est Sacramentum inter baptizatos, quo vir & mulier in unum legitime corpora et consuetudine tradunt ad perpetuam vitæ societatem, & Matrimonium profis suscipiendæ & remedium concupiscen-

Handwritten text on the book's spine, including 'E...', '20...', 'TA...', 'Cl...', 'a...', 'Tom...'.